C V D

A I G G

1 6 1 2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0001-6

S. a. 117

Theologie
B. IV. 120
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0002-2

זְכַרְיָה הַנָּבִיא

ZACHARIAS PROPHETA.

CVM TRANSLATIONIBVS FONTIS EBRAICI:
CHALDAICA, GRÆCA, LATINA, GERMANA:
AC EXPLICATIONE PROPHETIÆ:
ET INDICE REGNI CHRISTI.

DOCTOR IOHANNES
DRACONITES.

Sach. 9.
Exulta vehementer filia Sion: iubila filia Ierusalem: Ecce
REX TVVS VENIT TIBI IVSTVS
ET SALVATOR.

VITEBERGÆ
EXCVDEBAT IOANNES CRATO.
M. D. LXV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0003-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0004-3

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO SIGISMVNDO ARCHIEPISCOPO MAGDEBVRGENSI, PRIMATI GERMANIÆ, ADMINISTRATORI HALBERSTADENSI, MARCHIONI BRANDEBVRGENSI, DVCI POMERANIÆ, BVRGGRAVIO NORIBERGENSI, &c.

Iohannes Draconites pacem Dei precatur.

NVLLVS Prophetarum est dignior, qui uocetur Euangelista: quicq; dedicetur Episcopis & principibus: adeoq; legatur ab omnibus: quàm Zacharias Propheta. Non enim alio consilio Spiritus sanctus Iosuæ summo Iudæorum Pontifici præscripsit, quomodo Christo, uenturo in carnem, urbem & ædem Solymam extrueret, aduentumq; eius in carnem prædicaret: nisi ut exemplum hoc imitantes omnes Christianorum Pontifices ac Episcopi discerent: propter Christum è cœlo uenturum ad iudicandum uiuos & mortuos, non modo scholas Ecclesiasq; fouere, sed etiam curare ope summa, ut omnibus subditis aduentus Christi fidelissime prædicetur. Nec aliam ob rem principem Iudæorum Serubabelem hortatur ad exædificandam urbem & ædem Christo in carnem uenturo: nisi ut omnes Christianorum principes hoc exemplum imitentur, sintque nutricij Christi, filium osculantes. Nec alio tandem consilio Spiritus sanctus Synagogę Iudæorum pietatem Christianam Iosuæ & Serubabelis commendauit, & in tota prophetia regnum Christi in carnem uenturi depinxit: nisi ut Ecclesia Christianorum Catholica hoc exemplum imitaretur, hoc est, non solum Episcopos & Principes Propheticos & Apostolicos obedientia summa coleret, uelut angelos Domini exercituum & Deos: Sed etiam pænitentia ac fide uera Christum recturum uerbi ministerio, sicut in Sacharia prædictum, usq; in diem aduentus sui de cœlis expectaret.

Sensum Prophetæ germanum primus & ultimus interpres Martinus Lutherus diuinitus expressit.

Ego NVLLVS magnas Christo gratias ago pro duplici quinq; bibliorum pentaplo, nempe uerbali & columnali: quibus purum intellectum Mosis & Prophetarum adeoq; Christi noticiam salutiferam Ecclesiæ suæ proponit. Quid potest utilius excogitari pentaplo bibliorum uerbali? quod habens & intelligens: in uno libro quinq; biblia linguarum habet & intelligit. Omnes enim qui legere saltem linguas norunt, omnia uerba Mosis & Prophetarum hebraica discunt intelligere facillime: quippe uel ideo subieci cuilibet Hebraico uerbo Latinum, Græcum, Chaldaicum, Germanicum, quia comperi linguarum omnium interpretes fontem Hebræum in sua quemq; lingua transfundere uerbatim studuisse. Non enim potest ulla ratione facilius ac certius cognosci quid supersit aut desit aut perperam sit redditum in omnium linguarum translationibus, quàm uerbali collatione cunctorum interpretum cum fonte Israelis. Omnibus lecturis, interprætaturis, explicaturis Biblia nullus est liber utilior & aptior ad rimandum atq; explicandum sensum Mosis & Prophetarum germanum. Thesaurus autem absconditus in hoc agro quæsitus est à me diligenter hoc labore arduo & peroperoso, in quo agnitio Christi clarius in promissionibus, uisionibus, figuris Mosis & Prophetarum fulget quàm sol in cœlis. Quare non solum propter Iudæos ad Christum conuertendos iuxta prophetiam Apostoli, sed etiam propter Christianos iam conuersos, quicquid est de Christianorum delicio in Mose Prophetisq;, uel rubris pinxi literis, uel alio signo notatum oculis exposui uniuersæ creaturæ; siquidem in Christi noticia salus humani generis posita est.

Ecce autem is qui ascendit in altum & dona dat hominibus, Ecclesiam suam nouo beneficio priusquam ueniet ad iudicium afficit. Nam propter eos qui retrograda lectione Bibliorum offenduntur pentapli uerbalis: adornat columnale pentaplum, in quo non modo Biblia quina sua quæq; lingua recta perleguntur: sed etiam singula capita sic pericopis & paragraphis quinq; Bibliorum distinguuntur, ut lector elementa linguarum callens,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0005-9

non minus e Germano Latina, e Latino Græca, e Græco Chaldaica percipit, quàm e pentaplo uerbali. Tantus autem labor est columnale pentaplum condere: ut nisi labor pentapli uerbalis annis uicenis exantlatus præcessisset, nil effici potuerit. Nam etsi pentaplum uerbale magnum afferat momentum columnale paraturo: (solum quippe certificat riuos interpretum non plus minusue sensus quam fontem habere) Attamen hunc sibi laborem columnale pentaplum quasi proprium & necessarium uendicat: quòd omnia trium linguarum uerba, puto Latinæ, Græcæ, Chaldaicæ, denuò cum fonte conferre, quasiq; in libra trutinare cogit, ne quid omnino supersit desitue. Et quamquam scriptores atq; correctores iudicentur aliquid de labore minuere posse: Tamen eò duplicatur etiam labor, quòd reuidendum sit, quod illi scripserunt atq; correxerunt. Qui iudicat usitatas linguarum trium translationes Ecclesiæ sufficere: nec addendum illis nec demendum, quicquid ab Hebraica ueritate discrepat; errores obtrudit Ecclesiæ confirmatq;.

Sed hæc de consilio Sachariæ, deq; ratione pentapli, breuiter quasi præfari libitum est. Nunc uero causas exponam dedicationis meæ: quas ego tenues quidem multis uideri scio: tamen allaturas famam & gloriam sublimi dignitati uestræ diuinam ac perennem confido.

Causæ uero propter quas Sachariam primum euangelistam post captiuitatem babylonicam, & prophetarum omnium post Iesaiam christianissimum, nomini Celsitudinis uestræ dedicare uoluerim: sunt cælestes & diuinæ. Equidem non prædicabo nomen dignitatis Archiepiscopalis à bonis fortunæ caducis, sed a donis regni cœlorum æternis. Sicut literæ sacræ præcipiunt: non glorietur sapiens in diuicijs suis, dum gloria domus eius magna est: Non enim moriens auferet secum diuicias suas, nec eum gloria domus eius sequetur. Omnis caro fœnum: solum Domini uerbum manet æternum. Causas ergo dedicationis omnes in unum quidem primatum Germaniæ (quo cæteris Episcopis ut sol stellis Archiepiscopus præfulget) sic includam, ut ea saltem prædicem dona, quæ Christus in Aduentu suo coronaturus sit beatitudine perenni: sed tamen allaturas famam & gloriam dignitati Episcopali sublimem ac perennem: Dispertiar ita ut primam ad diocœsin propriam, secundam ad omnes Episcopatus Germaniæ spectare, declarem.

Prima sit igitur laus: quòd primas Germaniæ subditis Euangelion Christi prædicari sinit. Quam ego felicitatem ut Germaniæ sic Archiepiscopo gratulor. Quemadmodum enim Germania cunctis mundi regnis eo præcellit, quòd in ea sol iustitiæ Christus exortus fulget & fulgebit usq; in diem aduentus sui. Ita præ cunctis Episcopatibus Germaniæ eo præfulget Archiepiscopus, quòd in eius ditione sonat Euangelij uox, sonabitq; in diem usq; Christi. Quod sane beneficium in amorem Celsitudinis Episcopalis allicit mirabiliter subditos, & omnia seruitutis onera reddit leuiora. Dum enim audiunt subditi, in nullo Episcopatu sub omni cœlo Germaniæ prædicari Euangelion magni Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi, nisi in Archiepiscopatu primatis Germaniæ: uel ideo mouebuntur ad diligendum Archiepiscopum quasi patrem patriæ, quia nulla re conscientiæ pacem habere possunt cum Deo, nisi per fidem Euangelij prædicati de Christo: Sicut est scriptum, Iustificati fide pacem habemus cum Deo per Dominum nostrum Iesum Christum. Deinde scientes per fidem Euangelij Christi mortuos etiam se resurrecturos, instar Christi, cumq; Deo perpetuo uicturos: Vel ideo prosequentur Archiepiscopum suum, ut angelum Dei amore magno, quia sentiunt cum ipso uicturos se in regno cœlorum perpetuo.

Tale pectus Archiepiscopi quis subditorum non dissuauietur, amet, colat, prædicet? Quid autem laudabilius quam omnia? Clementiam Archiepiscopalem non esse contentam animas subditorum Euangelij prædicatione beare: nisi curaret etiam liberos subditorum in schola trilingui diligenter artibus liberalibus, pericia linguarum, uerbo Dei sic institui, ut Ecclesiæ, politiæ, æconomiæ boni gubernatores non sint defuturi. Auget hic affectus paternus fauorem subditorum admirabiliter, & pacem conseruat. Hinc nullas sectas in Ecclesia nec seditiones in repub. uidemus. Proinde non solum gaudeo mihi datam occasionem laudandi Germaniæ primatem ab eo, quod sinit Euangelion subditis prædicari: Verum etiam gratulor illi diuinum animum, studiumq; de cunctis Episcopatibus Germaniæ bene merendi.

Altera

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0006-4

ALtera igitur causa dedicationis spectans ad omnes Episcopatus Germaniæ, seu potius ad Ecclesiam catholicam, paterna monitione potissimum absoluitur. Nam si præsulum altissimus Episcopos inferiores monuerit persuaseritque, ut Euangelion Christi secundum Prophetarum & Apostolorum scripta prædicare sinant: fiet author omnibus credentibus, ut ex Antichristi regno tartareo liberati, in regnum Christi cœlicum transferantur, per & propter solam fiduciam misericordiæ Dei in Christo promissæ.

Quid mirabilius aut maius Archiepiscopus in hac mortalitate potest efficere: quàm si paterne monendo Germanos Episcopos: consequitur, ut, si nolint aut non possint omnes uel unicum patriæ meæ præsulem admoneat, ut instar procerum Germaniæ 1737. ideo prædicare sinat Euangelion liberrime, secundum scripta Prophetarum & Apostolorum: quo credentes omnes in sua diocœsi perpetuo uiuant, nec damnentur cum omnibus Diabolis æternum, propter Euangelij contemtum.

Ecquid aduersius toti creaturæ magisque contrarium omnipotenti: quàm Episcopum uocatum ad docendum & tuendum scripta Prophetarum & Apostolorum: nil diligentius in hac mortalitate facere, quam cauere ne doceatur ueritas Euangelica, persequique scripta Prophetarum & Apostolorum profitentes?

VT autem facilius persuadeat Episcopis ad regnum cœlorum uocatis: ibit Archiepiscopus pre, uidelicet institutione prælectionis fontium Solymorum & Græcorum in sua ditione perennis. Quod exemplum Archiepiscopi, uel eo permouebit ad Euangelion amplectendum, quia cognoscent: non solùm Euangelij prædicationem è scriptis Prophetarum & Apostolorum manare, sed etiam nulla arte facilius posse cunctam Idolatriam ex terris extirpari & doctrinam cœlestem plantari conseruarique, quàm iugi fontium Solymorum & Græcorum prælectione. Verbum Dei uiuum auditum & creditum: solum efficit Theologos ueros & ministros uerbi puros: nec tantum abolet in terris idolatriam damnabilem, sed etiam doctrinam Euangelij salutiferam conseruat.

Ac quemadmodum doctor Biblicus auditoribus omnis ætatis satisfaciet: Si uerborum Solymorum sonum & sensum Grammatice, breuiterque explicans: diligenter adnotarit quæ uidebuntur ad Christi noticiam adeoque sanctæ Trinitatis spectare. Sic auditor nil dictantis os doctoris fideliter obseruans: excipiet raptim non modo capitis argumentum & locos, uerum etiam singulorum uerborum sonum & sensum, nedum ea quæ spectare uidebuntur ad Trinitatis cognitionem, Omnis ætas apta uerbo Dei, puerilis maximè: sicut ait, Sinite pueros ad me uenire. Quod ergo dicit: habent Mosen & Prophetas, hos audiant: ideo spectare uidetur ad omnes ætates & animas, quia stabunt omnes ante tribunal Christi secundum Mosen & Prophetas in resurrectione iudicandi.

En tale pietatis Christianæ fundamentum in terris suis iacere: proprium est Episcoporum officium. Quos Paulus uult esse διδακτικοὺς, id est, potentes in scripturis non solum ad docendum scripta Prophetarum & Apostolorum, sed etiam ad contradicentes scripturis reuincendum.

Scriptum est: resistunt reges terræ, & principes congregantur aduersus Dominum & Christum eius. Id uerum esse: testata sunt plæraque comitia seculi nostri: in quibus potentum & sapientum maior pars idola defenderunt aduersus Dominum & Christum eius: minor pars stetit à Domino & Christo eius. Digladiatum est de primatu non Christi sed Antichristi: nec id scripturis sanctis & Christi noticia, sed commentis hominum & sophistica fidei inimica. Vnde blasphemia tanta? ex ignorantia scripturæ & Christi: sicut ait: Erratis, nescientes scripturas & uirtutem Dei, Nulla uero cura magis tangere debet cor Episcoporum: quam prælectionis Bibliorum publicæ ac perrennis institutio: nimirum ut de Domino & Christo eius rite populus ex fontibus scripturæ doceatur, & aduersantibus Domino & Christo eius ex scripturis respondeatur, non ex hominum commentis. Nil aduersius est Domino & Christo eius, quàm aliquid dici aut fieri contra scripta Prophetarum & Apostolorum. Nil ergo gratius Domino & Christo eius, quam docere fierique iugiter scripta Prophetarum & Apostolorum.

Considerantes ergo necessitatem Ecclesiæ magnam: Haud dubie mouebuntur ad imitandum exemplum institutionis Bibliorum perennis. Nam si Propheta ait: Ex ore sacerdotis legem requirant. Et Paulus ait: Existimet homo nos esse dispensatores mysteriorum DEI. Putet Episcopus se reum sacrilegij; si populo DEI præficiat ministrum

uerbi indoctum, hoc est, qui nesciat è scriptis Prophetarum & Apostolorum uocationem suam ostendere. Omnis scriba proferat e thesauro suo noua ueteraq;. Vnde uero doctus proferet noua ac uetera, quàm ex prælectione fontium publica ac perenni? Necessaria igitur prælectio Bibliorum perennis, si debet omnis idolatria aboleri, Deiq; uerbum in terra florere propagariq;.

Hanc candoris mei paraclesin extemporalem; insignis quidem meus amor erga C. V. elicuit, nedum erga marchionas omnes Christum confitentes. Sed mouit etiam ardor meus de communi patria Germania benemerendi, & æternam damnationem per Christi noticiam amoliendi. Quemadmodum .n. scio Dominum Iesum regem & sacerdotem unicum & æternum Ecclesiæ catholicæ: regnaturum uerbo ac spiritu usq; in diem aduentus sui de cœlo. Sic nullum Ecclesiæ regimen à Christo probari scio; & nullum omnino medium esse consequendi iusticiam ac uitam æternam & damnationem æternam effugiendi: quàm fidere toto pectore Domino Iesu: quem solum omnia scripta Prophetarum & Apostolorum prædicant saluatorem ad iudicandum orbem terræ uenturum. Scio dicturum ad eos, qui scripta Prophetarum & Apostolorum profitentur ac tuentur: Venite benedicti in regnum mei patris: Ad persecutores autem scriptorum Propheticorum & Apostolicorum: Ite maledicti in ignem æternum.

Quid ergo magnum aut mirandum fecerint reges & principes, si in terris suis, in adaduentu Christi conflagrandis: propter iudicem uenturum: de præbendis Ecclesiæ instituant pręlectionem fontium Solymorum et Gręcorum publicam ac perennem? Aut quod testamentum in terris condi posset augustius, cœlestius, diuinius?

Crediderim Spiritum sanctum in frequenti puerorum schola: qualis est Magdeburgæ aut Halæ: è scholasticis qui uel semel audierunt diligenter explicari sonum & sensum grammaticum uerborum Solymorum & Græcorum omnium: facturum angelos Domini exercituum: adeoq; ex hoc grano sinapis arborem magnam facturum, hoc est, non solum omnes urbes in quibus fontes resonant, uerum etiam terras circumiacentes ueris theologis & puris uerbi ministris impleturum.

Quid sit facturus Spiritus sanctus si uniuersitates, plenæ diuinorum ingeniorum: tale quid propter iudicem uenturum, sint ausuræ?

Quam spem minime uanam in Domino futuram: confirmor testimonijs non solùm inclytæ Magdeburgæ & doctæ Vitebergæ, sed etiam commemoratione magnanimi uiri & reuerendi archiepiscopalis collegij præpositi D. Georgij Böcklin. Quæ uno ore magnificentiam Archiepiscopalem prædicant, & beneficia partim in Ecclesiam DEI collata, partim conferenda laudibus ferunt in cœlum.

VITEBERGAE III. Idus Martij,
Anno M. D. LXVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0008-6

IOANNES SPANGEBERGIVS
Episcopus Northusensis:
Ioanni Draconitæ. S.

CVm amicitia ac beneuolentia doctorum & sanctorum hominum antiquius et preciosius sit nihil: uir candidissime: puto mecum agi fœlicissimè, quoties talis quispiam mihi contingere potest. Contigit uerò nuper, cum me uerbis spectatissimi uiri Micaëlis Meienbergij, urbis nostrę à secretis, amabiliter saluere iusseras. Deus Opt. quàm tunc mihi gestijt animulus præ gaudio: ut daretur aliquando resalutandi occasio. Audio tuam humanitatē ô suauiss. doctor: gloriosum, laudabile, grande aliquid moliri: nempe Ecclesiæ Dei, quadrilinguia parturire Biblia, & ea quidem syncera, omniq; carentia næuo. Quod ut credam, facit, quem misisti Psalmus: Nisi Dominus ædificet domum. Opt. Iesu: quàm arrisit illa peringeniosa mihi fabrica. Vtinam sim dignus aliquando ex te uiro doctissimo talem adhuc capere Psalmum. Non uelim certè fœlicitatem eam, cum Arabum gazis commutatam. Tu uir eruditissime perge in Domino, ut cæpisti. Benè fortunabit tuos conatus is, qui te ad hoc muneris inuitauit: qui pectus dedit ueræ pietatis amore flagrans: cor syncerum et animum candidum: qui linguam dedit eruditam: qui te tot egregijs dotibus instruxit. Non sunt hæc contemnenda (mihi crede) quia dona sunt DEI magni. Habent Prouinciæ complures monumenta, quibus nobilitatæ sunt: Rhodus ingenti colosso celebris est: Aegyptus celsis Pyramidibus. Sed animus præsagit mihi, si cum ingeniosissima tua structura sic perrexeris: breui futurum, ut tua hæc Biblia, inter præcipua Ecclesiæ decora & insignia numerentur. Præterea dabis exemplum multis tuæ professionis hominibus: ut ad prouehendas literas sacras paratiores sint. Aut certè multi qui hactenus bonis & sanctis literis occlamarunt: tua opera & sedulitate perspecta, uel paulatim cedent, donec irati pectoris impetus euanescat: uel prorsus resipiscent. Mitto treis Psalmos extemporaliter abs me in uersus commutatos, non in hoc sanè, ut eruditioni tuæ per hoc intelligentiæ quid putem accrescere: Sed ut habeas tui Spangebergij monumentum.

Vale. Northusij. M.D.XXX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0009-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0010-6

CAPVT PRIMVM.

בחדש השמיני בשנת שתים לדריוש

לדריוש	תרתין	בשנת	תמינאה	בירחא
ἐπὶ Δαρίου	δευτέρου	ἔτους	τῷ ὀγδόῳ	ἐν μηνὶ
DARII	*secundo*	*anno*	*octauo*	*in mense*
Darij	**des andern**	**jars**	**achten**	**im Monde**

המלך היה דבר יהוה אל זכריה בן

בר	זכריה	עם	מן קדם ייי	פתגם	הוה	מלכא
υἱὸν	Ζαχαρίαν	πρὸς	κυρίου	λόγος	ἐγένετο	βασιλέως
filium	Zachariam	*ad*	*Domini*	*Verbum*	*factum est*	Regis
dem Son	**Zachariam**	**zu**	**des Herrn**	**das Wort**	**geschach**	**des Königs**

ברכיה בן עדו הנביא לאמר : קצף יהוה

מן קדם ייי	הוה רגז	למימר :	נביא	עדו	בר	ברכיה
κύριος	ὠργίσθη	λέγων.	τὸν προφήτην	Ἰδδῶ	υἱὸν	τοῦ Βαραχίου
Dominus	*commotus fuit*	*dicendo.*	Prophetam	Iddo	*filij*	Berechiæ
der Herr	**ist zornig gewest**	**(vnd sprach.)**	**dem Propheten**	**Jddo**	**des sons**	**Berechia**

על אבותיכם קצף : ואמרת אליהם כה

כדנן	להון	ותימר :	הוה רגז	אבהתכון	על
τάδε	πρὸς αὐτούς	καὶ ἐρεῖς	ὀργήν.	τοὺς πατέρας ὑμῶν	πρὸς
Sic	*ad eos*	*Et dic*	*iratus fuit.*	*patres uestros*	*contra*
So	**zu jnen**	**Vnd sprich**	**er ist zornig gewest.**	**ewer Veter**	**vber**

אמר יהוה צבאות שובו אלי נאם יהוה

ייי	אמר	לפולחני	תובו	צבאות	ייי	אמר
κύριος	λέγει	πρὸς με	ἐπιστρέψατε	τῶν δυνάμεων	κύριος	λέγει
Dominus	*dicit*	*ad me*	*reuertimini*	*exercituum*	Dominus	*inquit*
der Herr	**spricht**	**zu mir**	**Keret euch**	**Zebaoth**	**der Herr**	**spricht**

צבאות ואשוב אליכם אמר יהוה צבאות:

צבאות :	ייי	אמר	לכון	ואיתפני במימרי	צבאות
τῶν δυνάμεων.	κύριος	λέγει	πρὸς ὑμᾶς	καὶ ἐπιστραφήσομαι	τῶν δυνάμεων
exercituum.	Dominus	*dicit*	*ad uos*	*& reuertar*	*exercituum*
Zebaoth.	**der Herr**	**spricht**	**zu euch**	**so wil ich mich keren**	**Zebaoth**

אל תהיו כאבותיכם אשר קראו אליהם

להון	יתנבון	די	כאבהתכון	תהון	לא
αὐτοῖς	ἐνεκάλεσαν	οἷς	καθὼς οἱ πατέρες ὑμῶν	γίνεσθε	μὴ
(ad)	*clamarunt*	*(quos)*	*ut patres uestri*	*sitis*	*ne*
jnen	**predigten**	**welchen**	**wie ewre Veter**	**seit**	**Nicht**

הַנְּבִיאִים הָרִאשֹׁנִים לֵאמֹר כֹּה אָמַר יְהוָה

נְבִיַּיָא	קַדְמָאֵי	לְמֵימַר	כִּדְנָן	אֲמַר	יְיָ
οἱ προφῆται	ἔμπροσθεν	λέγοντες	τάδε	λέγει	κύριος
Prophetæ	priores	dicentes	Sic	ait	Dominus
Propheten	die vorigen	vnd sprachen	So	spricht	Der Herr

צְבָאוֹת שׁוּבוּ נָא מִדַּרְכֵיכֶם הָרָעִים ו

צְבָאוֹת	תּוּבוּ	כְּעַן	מֵאוֹרְחָתְכוֹן	בִּישָׁתָא
τῶν δυνάμεων	ἀποστρέψατε	νῦν	ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν	τῶν πονηρῶν
exercituum	Conuertimini	nunc	de uijs uestris	malis
Zebaoth	Keret euch	Nu	von ewren wegen	bösen

וּמַעַלְלֵיכֶם הָרָעִים וְלֹא שָׁמְעוּ וְלֹא

וּמֵעוֹבָדֵיכוֹן	מְקַלְקְלַיָּא	וְלָא	קַבִּילוּ	וְלָא
καὶ ἀπὸ τῶν ἐπιτηδευμάτων ὑμῶν	τῶν πονηρῶν	καὶ οὐ	εἰσήκουσαν	καὶ οὐ
& de studijs uestris	prauis	at non	audierunt	neq;
vnd von ewrem thun	bösen	aber nicht	sie gehorchten	vnd nicht

הִקְשִׁיבוּ אֵלַי נְאֻם יְהוָה : אֲבוֹתֵיכֶם אַיֵּה

אֲצִיתוּ	לְמֵימְרִי	אֲמַר	יְיָ :	אֲבָהָתְכוֹן	אָן
προσέσχον εἰσακοῦσαι	με	λέγει	κύριος.	οἱ πατέρες ὑμῶν	ποῦ
attenderunt animum	ad me	dicit	Dominus.	patres uestri	ubi iam
sie achten	auff mich	spricht	der Herr.	ewre Veter	wo nu

הֵם וְהַנְּבִאִים הַלְעוֹלָם יִחְיוּ : אַךְ דְּבָרַי

אִינּוּן	וְאִם תֵּימְרוּן נְבִיַּיָא	לָא לְעָלְמָא	קַיָּמִין :	בְּרַם	פִּתְגָּמַי
εἰσί	καὶ οἱ προφῆται	μὴ εἰς τὸν αἰῶνα	ζήσονται;	πλὴν	τοὺς λόγους μου
sunt?	& Prophetæ	num perpetuò	uiuent?	attamen	uerba mea
sind?	vnd die Propheten	auch noch	leben sie?	Sihe	meine wort

וְחֻקַּי אֲשֶׁר צִוִּיתִי אֶת עֲבָדַי הַנְּבִיאִים

וּקְיָמַי	דִּי	פַקֵּדִית	יָת	עַבְדַּי	נְבִיַּיָא
καὶ τὰ νόμιμά μου	ὅσα	ἐντέλλομαι	τοῖς	δούλοις μου	τοῖς προφήταις
& statuta mea	quæ	preceperam		seruis meis	Prophetis
vnd meine (rechte	die	ich gebote	(durch)	meine knechte	die Propheten

הֲלוֹא הִשִּׂיגוּ אֲבֹתֵיכֶם וַיָּשׁוּבוּ וַיֹּאמְרוּ

הֲלָא	אַדְבִּיקוּ	אֲבָהָתְכוֹן	וְתָבוּ	וַאֲמַרוּ
οὐ	κατέλαβον	τοὺς πατέρας ὑμῶν;	ἵνα ἀπεκρίθησαν	καὶ εἶπαν
Num	comprehendere	patres uestros?	ut conuerterentur	ac dicerent
haben nicht	sie troffen	ewre Vetere?	das sie sich musten keren	vnd sagen

כַּאֲשֶׁר זָמַם יְהוָה צְבָאוֹת לַעֲשׂוֹת לָנוּ

כְּמָא	דְחַשִּׁיב	יְיָ	צְבָאוֹת	לְמֶעְבַּד	לָנָא
καθὼς	παρατέτακται	κύριος	τῶν δυνάμεων	ποιῆσαι	ἡμῖν
ceu	statuit	Dominus	exercituum	facere	Nobis
gleich wie	er für hatte	der Herr	Zebaoth	zuthun	Vns

כדרכנו

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0012-7

בדרכנו ובמעללינו כן עשה אתנו: ביום

ביום	עמנא	עבר	כן	ובעובדנא	באורחתנא
τῆ ἡμέρα	ἡμῖν	ἐποίησεν	οὕτως	καὶ καθ' ἐπιτηδεύματα ἡμῶν	καθ' ὁδοὺς ἡμῶν
die	nobis.	fecit	ita	& secundum studia nostra	secundum uias nostras
Am tag	vns.	hat er gethan	also	vnd darnach wir theten	darnach wir gingen

עשרים וארבעה לעשתי עשר חדש הוא

הוא	ירחא	לחד——עשר	וארבעא	עשרין
οὗτος	μηνὶ	ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ	καὶ τετράδι	εἰκάδι
is est	mensis	undecimi	ac quarta	uicesima
welcher ist	Monds	des eilfften	vnd vier	zwentzigsten

חדש שבט בשנת שתים לדריוש היה

הות	לדריוש	תרתין	בשנת	שבט	ירחא
ἐγένετο	ἐπὶ Δαρείου	τῷ δευτέρῳ	ἐν ἔτει	Σαβάθ	ὁ μὴν
factum est	Darij	secundo	anno	Sabad	mensis
geschach	Darios	andern	im jar	Sebad	der Mond

דבר יהוה אל זכריה בן ברכיהו

ברכיהו	בר	זכריה	עם	מן קדם ייי	פתגם
τοῦ Βαραχίου	τὸν	Ζαχαρίαν	πρὸς	κυρίου	ὁ λόγος
Berechiæ	filium	Zacharia	ad	Domini	uerbum
Berechia	den Son	SacharJa	zu	des Herrn	das Wort

בן עדוא הנביא לאמר: ראיתי הלילה

בליליא	חזיתי	למימר :	נביא	עידוא	בר
τὴν νύκτα	ἑώρακα	λέγων.	τὸν προφήτην	ἀδδὼ	υἱὸν
noctu	Vidi	dicens.	Prophetam	Iddo	filij
bey nacht	Ich sahe	vnd sprach.	dem Propheten	Iddo	des sons

C והנה איש רכב על סוס אדם ו

סמוק	סוסי	על	רכיב	גבר	והא
πυῤῥόν	ἵππον	ἐφ'	ἐπιβεβηκὼς	ἀνὴρ	καὶ ἰδοὺ
ruffo	equo	in	sedens	uir	& ecce
roten	pferde	auffm	sas	ein man	vnd sihe

C והוא עמד בין ההדסים אשר במצלה

בבבל	די	אילניא בהרסיא	בין	קאים	והוא
κατασκίων	τῶν	τῶν μυρτῶν	ἀνὰ μέσον	εἱστήκει	καὶ οὗτος
in campo	quæ	Myrterta	inter	stabat	& ipse
in der awe	die	Myrten	vnter	hielt	vnd er

C ואחריו סוסים אדמים שרקים ולבנים:

וחיורין :	קוחחין	סומקין	סוסון	ובתרותי
καὶ λευκοί.	οἱ ποικίλοι	πυῤῥοὶ	ἵπποι	Καὶ ὀπίσω αὐτοῦ
& albi.	uarij	ruffi	equi	postq; eum
vnd weisse	braune	rote	pferde	vnd hinder jm

וָאֹמַר מָה אֵלֶּה אֲדֹנִי וַיֹּאמֶר אֵלַי הַמַּלְאָךְ

וַאֲמָרִית	מָן	אִלֵּין	רִיבּוֹנִי	וַאֲמַר	לִי	מַלְאָכָא
καὶ εἶπα	τί	οὗτοι	κύριε;	καὶ εἶπε	πρός με	ὁ ἄγγελος
& dixi	quid	illi	Domine mi?	& dixit	ad me	Angelus
vnd ich sprach	Wer sind	diese	mein Herr?	vnd sprach	zu mir	der Engel

הַדֹּבֵר בִּי אֲנִי אַרְאֶךָּ מָה הֵמָּה

דִּי מַלִּיל	עִמִּי	אֲנָא	אַחֲזֵינָךְ	מָה	אִינוּן
ὁ λαλῶν	ἐν ἐμοί	ἐγὼ	δείξω σοι	τί	ἐστι
loquens	mecum	ego	indicabo tibi	quid	sint
der redet	mit mir/	Ich	wil dir zeigen/	Wer	sind

אֵלֶּה׃ וַיַּעַן הָאִישׁ הָעֹמֵד בֵּין הַהֲדַסִּים

אִלֵּין ׃	וַאֲתִיב	גַּבְרָא	דְּקָאִים	בֵּין	אִילָנֵי חֲדַסַיָּא
ταῦτα.	καὶ ἀπεκρίθη	ὁ ἀνὴρ	ὁ ἀφεσικὼς	ἀνὰ μέσον	τῶν μυρτῶν
hi.	Et respondit	uir	stans	inter	Mirteta
diese.	vnd er antwort	der Man	der hielt	vnter	der Myrtten

וַיֹּאמַר אֵלֶּה אֲשֶׁר שָׁלַח יְהוָה לְהִתְהַלֵּךְ

וַאֲמַר	אִלֵּין	דִּי	שְׁלַח	יְיָ	לְהַלָּכָא
καὶ εἶπε	οὗτοι εἰσὶν	οὓς	ἐξαπέσειλεν	κύριος	τοῦ περιοδεῦσαι
& dixit	hi sunt	quos	misit	Dominus	ut peragrent
vnd sprach	diese sind	die	ausgesand hat	der Herr	durch zuziehen

בָּאָרֶץ׃ וַיַּעֲנוּ אֶת מַלְאַךְ יְהוָה הָעֹמֵד

בְּאַרְעָא ׃	וַאֲתִיבוּ	יָת	מַלְאָכָא	דַּייָ	דְּקָאִים
τὴν γῆν.	καὶ ἀπεκρίθησαν		τῷ ἀγγέλῳ	κυρίου	τῷ ἀφεστῶτι
terram.	& responderunt		angelo	Domini	stanti
das Land.	vnd sie antworten		dem Engel	des Herrn	der hielt

בֵּין הַהֲדַסִּים וַיֹּאמְרוּ הִתְהַלַּכְנוּ בָאָרֶץ וְהִנֵּה

בֵּין	אִילָנֵי חֲדַסַיָּא	וַאֲמָרוּ	הַלֵּיכְנָא	בְּאַרְעָא	וְהָא
ἀνὰ μέσον	τῶν μυρτῶν	καὶ εἶπαν	περιοδεύσαμεν	τὴν γῆν	καὶ ἰδοὺ
inter	Mirteta	& dixere	peragrauimus	terram	& ecce
vnter	den Mirtten	vnd sprachen	wir sind durchzogen	das land	vnd sihe

כָל הָאָרֶץ יֹשֶׁבֶת וְשֹׁקָטֶת׃ וַיַּעַן מַלְאַךְ

כָּל	אַרְעָא	יָתְבָא	שְׁלֵיוָא	וּשְׁקִיטָא ׃	וַאֲתִיב	מַלְאָכָא
πᾶσα	ἡ γῆ	κατοικεῖται		καὶ ἡσυχάζει.	καὶ ἀπεκρίθη	ὁ ἄγγελος
cuncta	terra	culta		ac tranquilla est.	Et respondit	angelus
alle	lender	sitzen		vnd sind still.	da antwort	der Engel

יְהוָה וַיֹּאמַר יְהוָה צְבָאוֹת עַד מָתַי

דַּייָ	וַאֲמַר	יְיָ	צְבָאוֹת	עַד	אִימָתַי
κυρίου	καὶ εἶπε	κύριος	τῶν δυνάμεων	ἕως	τίνος
Domini	& inquit	Dominus	exercituum	quo	usq;
des Herrn	vnd sprach	Herr	Zebaoth	wie	lang

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0014-9

אַתָּה לֹא תְרַחֵם אֶת יְרוּשָׁלַםִ וְאֵת

וְעַל	יְרוּשְׁלֵם	עַל	תְּרַחֵים	לָא	אַתְּ
καὶ τὰς	Ἱερουσαλήμ	τὴν	ἐλεήσεις	μὴ	σὺ
&	Hierosolymæ		miserebere	non	tute
vnd vber	Jerusalem	vber	wilt dich erbarmen	nicht	du

עָרֵי יְהוּדָה אֲשֶׁר זָעַמְתָּה זֶה שִׁבְעִים

שִׁבְעִין	דְּנָן	דְ——אַיְתֵיתָא עֲלֵיהוֹן		דְּבֵית יְהוּדָה	קִירְוַיָּא
ἑβδομηκοστὸν	τοῦτο	ἐθυμώθης	αἷς	Ἰούδα	πόλεις
septuaginta	(hosce)	succenses	quibus	Iuda	urbium
siebentzig	diese	du zürnest	vber welche	Juda	die Stedte

שָׁנָה׃ וַיַּעַן יְהוָה אֶת הַמַּלְאָךְ הַדֹּבֵר

דִּימַלִּיל	מַלְאֲכָא	יָת	יְיָ	וַאֲתִיב	שְׁנִין׃
τῷ λαλοῦντι	ἀγγέλῳ	τῷ	κύριος	καὶ ἀπεκρίθη	ἔτος;
loquenti	angelo		Dominus	Et respondit	annos?
der redet	Engel	dem	der Herr	vnd antwort	jare?

בִּי דְּבָרִים טוֹבִים דְּבָרִים נִחֻמִים׃ וַיֹּאמֶר

וַאֲמַר	דְּנִיחוּמִין׃	פִּתְגָּמִין	תַּקְנִין	פִּתְגָּמִין	עִמִּי
καὶ εἶπε	παρακλητικούς.	λόγους	καλὰ	ῥήματα	ἐν ἐμοὶ
Et ait	consolatorios.	sermones	bona	uerba	mecum
vnd sprach	tröstliche.	Wort	freundliche	Wort	mit mir

אֵלַי הַמַּלְאָךְ הַדֹּבֵר בִּי קְרָא לֵאמֹר

לְמֵימַר	אִתְנַבֵּי	עִמִּי	דִּימַלִּיל	מַלְאֲכָא	לִי
λέγων	ἀνάκραξε	ἐν ἐμοὶ	ὁ λαλῶν	ὁ ἄγγελος	πρός με
dicens	prædica	mecum	loquens	angelus	ad me
(vnd sprich)	predige	mit mir	der redet	der Engel	zu mir

כֹּה אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת קִנֵּאתִי לִירוּשָׁלַםִ

פּוּרְעֲנוּת יְרוּשְׁלֵם	מִתְפְּרַע אֲנָא	צְבָאוֹת	יְיָ	אֲמַר	כִּדְנָן
τὴν Ἱερουσαλήμ	ἐζήλωκα	παντοκράτωρ	κύριος	λέγει	τάδε
Hierusalem	(prosecutus sum)	exercituum	Dominus	dicit	Sic
vber Jerusalem	ich hab geeinert	Zebaoth	der Herr	spricht	So

וּלְצִיּוֹן קִנְאָה גְדוֹלָה׃ וְקֶצֶף גָּדוֹל אֲנִי

אֲנָא	רַב	וּרְגַז	רַבָּא׃	קִנְאָה	וּלְצִיּוֹן
ἐγὼ	μεγάλῳ	καὶ θυμῷ	μέγα	ζῆλον	καὶ τὴν Σιὼν
equidem	grandi	& ira	magno	(amore)	& Sionem
ich	grossem	vnd mit zorn	grossem	mit eiver	vnd vber Zion

קֹצֵף עַל הַגּוֹיִם הַשַּׁאֲנַנִּים אֲשֶׁר אֲנִי

אֲנָא	דִּי	דְּיַשְׁרַן שְׁלֵיוָא	עַמְמַיָּא	עַל	רָגִיז
ἐγὼ	ἀνθ' ὧν μὲν	τὰ συνεπιτιθέμενα	τὰ ἔθνη	ἐπὶ	ὀργίζομαι
ego	quibus	opulentas	gentes	aduersus	commotus sum
ich	vber welche	die stoltzen	die Heiden	vber	bin zornig

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0015-4

קצפתי מעט והמה עזרו לרעה : לכן
רגזית זעיר ואינון מסייעין לאבאשא : בכן
ὠργίσθην ὀλίγα αὐτοὶ δὲ συνεπέθεντο εἰς κακά. διὰ τοῦτο
succensebam parum ac ipsi moliti sunt internetionem. propterea
war zornig ein wenig aber sie helffen zum verderben. darumb

כה אמר יהוה שבתי לירושלם ברחמים
כדנן אמר ייי אתוב לירושלם ברחמין
τάδε λέγει κύριος ἐπιστρέψω ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ ἐν οἰκτιρμῷ
Sic dicit Dominus reuertar ad Ierusalem cum misericordia
So spricht der Herr zu Jerusalem ich wil mich widerkeren mit barmhertzigkeit

ביתי יבנה בה נאם יהוה צבאות ו
בית יתבני בה אמר ייי צבאות
οἶκός μου ἀνοικοδομηθήσεται ἐν αὐτῇ λέγει κύριος τῶν δυνάμεων
edes mea ædificabitur in ea dicit Dominus exercituum
mein haus sol gebawet werden drinnen spricht der Herr Zebaoth

וקוה ינטה על ירושלם : עוד קרא
וחוט יתנגיד על ירושלם : עוד אכרזי
καὶ μέτρον ἐκταθήσεται ἐπὶ Ἱερουσαλήμ. ἔτι ἀνάκραξε
& perpendiculum tendetur super Ierusalem. præterea concionare
vnd zimmer (schnuer) sol gezogen werden vmb Jerusalem. weiter predige

לאמר כה אמר יהוה צבאות עוד
למימר כדנן אמר ייי צבאות עוד
λέγων τάδε λέγει κύριος τῶν δυνάμεων ἔτι
dicens Sic inquit Dominus exercituum adhuc
vnd sprich so spricht der Herr Zebaoth wider

תפוצינה ערי מטוב ונחם יהוה עוד
יתמלין קרוי עמי טובא ויגחים ייי עוד
διαχυθήσονται πόλεις μου ἐν ἀγαθοῖς καὶ ἐλεήσει κύριος ἔτι
affluent ciuitates meæ bonis & solabitur Dominus denuò
es sol gehen meinen Stetten wol vnd wird trösten der Herr wider

את ציון ובחר עוד בירושלם : ז
ית ציון ויתרעי עוד בירושלם :
τὴν Σιὼν καὶ ἐρετιεῖ ἔτι τὴν Ἱερουσαλήμ.
Sionem ac eliget denuo Ierosolyma.
Sion vnd wird erwelen wider Jerusalem

ואשא את עיני וארא והנה ארבע
וזקפית ית עיני וחזית והא ארבע
καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου καὶ εἶδον καὶ ἰδοὺ τέσσαρα
Et leuaui oculos meos & uidi & ecce quatuor
vnd ich hub auff meine augen vnd sahe vnd sihe vier

קרנות

קרנות : ואמר אל המלאך הדבר בי

מלכון : ואמרית ל—מלאכא דממליל עמי

κέρατα. καὶ εἶπα πρὸς τὸν ἄγγελον τὸν λαλοῦντα ἐν ἐμοί

cornua & dixi ad angelum loquentem mecum

hörner vnd ich sprach zum Engel der redet mit mir

מה אלה ויאמר אלי אלה הקרנות

מן אילין ואמר עמי אילין מלכותא

τί ἐστι ταῦτα καὶ εἶπε πρὸς με ταῦτα τὰ κέρατα

ecquid illi & dixit ad me hæc sunt cornua

wer sind diese vnd sprach zu mir es sind hörner

אשר זרו את יהודה את ישראל וירושלם:

ד—בדרא ית אנש יהודה ית ישראל וירושלם :

τὰ διασκορπίσαντα τὸν Ἰούδα καὶ Ἰσραὴλ καὶ τὴν Ἱερουσαλήμ.

quæ dispersere Iudam & Israelem & Ierusalem.

die zustrewet haben Juda sampt Israel vnd Jerusalem.

ויראני יהוה ארבע חרשים ואמר מה

ואחזיני ייי ארבעא אומנין ואמרית מה

καὶ ἔδειξέ μοι κύριος τέσσαρας τέκτονας καὶ εἶπα τί

Et ostendit mihi Dominus quatuor fabros Et dixi quod

vnd er zeiget mir der Herr vier schmide vnd ich sprach was

אלה באים לעשות ויאמר לאמר אלה

אילין אתן למעבד ואמר למימר אילין

οὗτοι ἔρχονται ποιῆσαι καὶ εἶπε λέγων ταῦτα

isti ueniunt facere Et ait dicens hæc sunt

diese wöllen machen? Vnd sprach (vnd saget) diese

הקרנות אשר זרו את יהודה כפי איש

מלכותא די בדרא ית אנש יהודא כרין גבר

τὰ κέρατα τὰ τὸν διασκορπίσαντα Ἰούδαν κατέαξαν ἀνήρ

cornua quæ dispersere Iudan ita ut uir

hörner die zustrewet haben Juda das Mensch)

לא נשא ראשו ויבאו אלה להחריד

לא נסב וקופא ואתו אילין לאזעא

οὐκ ἦρε κεφαλὴν αὐτοῦ καὶ εἰσήλθοσαν οὗτοι τοῦ ὀξῦναι

non leuaret caput suum ac uenerunt isti ad terrendum

(kein hat mögen auffheben sein heupt vnd sind komen diese zu schrecken

אתם לידות את קרנות הגוים ה

יתהון למתבר ית מלכוות עממיא

αὐτὰ εἰς χεῖρας αὐτῶν τὰ κέρατα τῶν ἐθνῶν

ea ad deijciendum cornua gentium

dieselben vnd abzustossen die hörner der Heiden

הנשים

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0017-6

הַנֹּשְׂים קֶרֶן אֶל אֶרֶץ יְהוּדָה לְזָרוֹתָהּ׃

לְאַגְלָיוּתָא׃	דְבֵית יְהוּדָא	אַרְעָא	עַל	זֵין	דִּנְטַלַת
διασκορπίσαι αὐτήν.	Ἰούδα	γῶν	ἐπὶ	κέρας	ἐπαιρομένων
dispergendo eam.	*Iuda*	*terram*	*super*	*cornu*	*quæ extulerunt*
dasselbige zurstrewen.	Juda	das Land	vber	das horn	die gehoben haben

QVemadmodum Sacharias totus aliàs legem aliàs Euangelion spirat:ita primo statim capite, legis & Euangelij doctrinam integram lucere uidebimus. Hortaturus enim Deus per os Sachariæ Iudæos reduces, ad ædificationem urbis & ædis Solymæ:consolaturusq; cessantes ob metum gentium finitimarum. Primum concione legali docet ideo resipiscere:quia sine pænitentia fideq; tam nequeant ædificationem perficere, quàm sit ob impœnitentiam, annis 42. impedita. Deinde concione Euangelica, ideo mouet ad credendum uisionibus Christianis:quibus ostendit, gentes ædificationem haud impedituras: quia sine fide Christi in templum uenturi, ne pænitentia quidem placeat Deo. Quicquid non fit ex fide:peccatum est. Ergo diuidamus caput, iuxta legem & Euangelion in duas conciones: quarum prior est legalis & hortatoria :altera Euangelica & consolatoria. Quas ordine simpliciterque explicabimus : post τὴν ἐπιγραφὴν sequentem.

בחדש השמיני

EPIGRAPHE: non solum tempus & personas, nempe quando, à qui, per quem, facta sit Prophetia. Verum etiam occasionem Prophetiæ describit. Historia metrum sensus:inquit præceptor. Quoniam igitur Prophetiæ multum lucis affert historiæ cognitio:ab historia tanquàm occasione & tempore Prophetiæ, τὴν ἐπιγραφὴν ordiamur explicare:nimirum simpliciter, ut audiuimus & docuimus ipsi.

לדריוש Cyrus ille Persarum monarcha primus, Iudæos adeo dilexit ut ideo diceret esse Dei familiares, quia Propheta Iesaias expresso nomine de regno suo prædixisset. Itaq; (ut legimus Esræ primo) anno regni sui primo edixit in toto regno suo, ut omnes Iudæi reuerterentur Ierosolymam:reddiditq; circa quinquaginta milibus hominum reuersis, uasorum aureorum & argenteorum, per Nebucadnecerum ablatorum, quinq; milia & quadraginta. Proinde Iosua & Serubabel (ut scribit Esra tertio) struxerunt altare, iecerruntq; templi fundameutnm. Enimuero quoniam Cyrus (teste Iustino) profectus in Scythiam bellatum aduersus Tamyrim Massagetarum reginam occubuit: præfecti regis, annos uiginti, quibus absfuit rex, ædificationem impediuerunt. Prodit Esra quarto: Iudæorum aduersarios uicinos petijsse, ut liceret illis unà templum ædificare. Quod dum negarent Iudæi: illos toto Cyri tempore structuram impedijsse. Post Cyri mortem : regnauit Arthasastha (dictus Artaxerxes Cambyses Ahasuerus Priscus) qui regni sui inicio, delationibus Bislani, Mithrodathi, Tabeelis, prfectorum accusantium Ier osolymam ut seditiosam & rebellem, motus:interdixit ædificationi toto uitæ suæ tempore. Sic & annos uiginti reliquos, usq; ad regis Darij filij Histaspis annum secundum ædificatio quieuit, Sonat דריוש arcens aduersarios. Erat hos annos quadraginta duos tempus adeo calamitosum: ut Sacharias octauo scribat, in diebus illis homines & iumenta frustra laborasse:nec ullam pacem fuissepræ tribulatio-

tribulatione. Anno igitur Darij sexto (quod legimus Esra sexto) perfecta ædes Dei est. In quod porrò tempus adeoq; difficultatem ædificandi, respicientes Iudæi, dixerunt ad CHRISTVM Ioannis secundo: uis tu destruere templum hoc, & triduò reficere: quod extructum est annis quadraginta sex?

E quo perspicuum: Sachariam anno quadragesimo secundo post liberationem è captiuitate Babylonica floruisse. Quiaq; Hageus mense sexto anni secundi Darij prophetauit: Sacharias autem anni secundi mense octauo eiusdem anni secundi Darij: non est dubium, quin Deus Hageo (primo Iudæorum liberatorum Prophetæ) Zachariam socium in hoc adhibuerit tantum, ut magnificentius Dei templum conderetur: in quod uidelicet Meßias esset uenturus, & docendo, patiendo, resurgendo, Iudæorum corporale & temporale regnum & sacerdotium, in suum regnum & sacerdotium spirituale & æternum mutaturus esset.

חדש השמיני Mensis Hebræorum octauus: Latinorum est Nouember. זכריה ἡ μνήμα κυρίου memoria Domini. ברכיה benedictio Domini. עדו testimonium eius. דבר יהוה perfectam legis & Euangelij doctrinam. Propositam hac Prophetia, uocat Domini uerbum Sacharias: qui licet interpres sit Mosis: tamen Christi regnum adeò graphicè depingit, ut dubitem utrum Prophetam an Euangelistam adpellem.

Hæc de Epigrapha tempus & personas describente: ac docente. Mense Nouembri anno Darij secundo: à Deo per os Sachariæ: ad reduces Solymos: hanc Prophetiam factam esse. Quam nos explicaturi ξὺν θεῷ: Primum caput in duas conciones diuidamus, easq; simpliciter, ordine, scripturis, non aliter impertiamus alijs quàm audiuimus & docuimus ipsi.

PRIMA Sachariæ concio est de pœnitentia & fide: qua structores Solymi reduces, comminationibus, exemplis iræ Dei, promißionibus: uocantur ad resipiscendum & credendum Christo in urbem & templum uenturo. Nullum opus Deo placet: sine timore & fide. Iudæi uerò, mensibus duobus præteritis, uocati ab Hageo ad Deo parendum & fidendum CHRISTO in templum uenturo struendum: metuebant & cessabant, propter metum gentium finitimarum. Vt ergo Sacharias timentes & cessantes, ad confitendum & struendum magis inflammet: per totam concionem à peccatis, ædificationem impedituris deterret: ne uidelicet, instar patrum, ob contemtum, Prophetarum interemtorum, denuò uapulent. Nos diuidamus concionem seu locum de pœnitentia & fide: in membra quinq;.

PRIMVM MEMBRVM: à commemoratione iræ Dei præteritæ, concionem orditur in hoc, ut non aliter populum à peccando deterreat: quàm pater filio castigato solet ostendere uirgam qua cæsus est: ut feroculus in posterum caueat sibi, ne denuò uapulet.

קצת יהוה על אבותיכם

Vult paternè submonere populum: ut ideo sibi caueat, instar Patrum odisse Prophetas: ne sicut patres intereant, cumq; interitu perennem quoq; infamiam sustineant.

קצת יהוה Deus iuxta comminationes per Ieremiam potißimum factas: patres in exilium eiecit ita, ut flerent cis fluuia Babylonica Ps. 137. nimirum propter peccata Dan. 9. expressa. Vtitur uerbo præteriti temporis קצת ferbuit ira, excanduit: ut subindicet, iram diuinam iam deferbuisse quidem, cum propter Dei promißionem Ier. 29. tum propter orationem captiuorum Da. 9.

ſed tamen hanc commemorationem iræ Dei præteritæ, in exemplum fieri poſteritatis uniuerſæ: quo uidelicet omnes ſibi caueant, ne ſimiliter peccantes ſimiliter pereant.

SECVNDVM MEMBRVM habet doctrinam de pænitentia & fide perfectam, nempe reſipiſcite & credite.

ואמרת אליהם

Hæc uerba שובו אלי legem ſpirant: iubentq́ μετανοεῖν id eſt, reſipiſcere, puto, ceſſare à præuaricatione Decalogi, & in animum inducere ſecundum illum uiuere.

Hæc uerba ואשוב אליכם Euangelion ſpirant: promittuntq́ reſipiſcentibus cum legis tum Euangelij bona. Proprie tamen conuertimur ad Deum: quando rebus in aduerſis, petimus à Deo promiſſum auxilium in nomine CHRISTI. Deus uerò conuertitur ad nos: quando nos exaudit uotiq́ compotes reddit, Promiſsiones ad reſipiſcentes ſpectant: teſte Pſ. 103. gratia Domini ſuper timentes eum.

Verbis ergo prædictis: uocat populum ad pænitentiam & fidem, ſecundum legem & Euangelion ita, ut ſub hac conditione Deus illis bona legis in hac uita promittat, ſi reſipiſcant: & reſipiſcentibus ſine conditione fœlicitatem in altera uita, ſi credant Euangelio. Sicut & Pſ. 33. uerum & totum Dei cultum, in timorem & fidem includit, dicens: Oculi Domini ſuper timentes eum & ſperantes in eum.

Obſeruemus: Sachariam non ideo tantum in hoc ſecundo membro, ter allegare nomen Domini exercituum: ut trinitatis myſterium ſubindicet. Verum etiam, ut hac tripla Dei trini & unius mentione, ſuæ doctrinæ de pænitentia & fide, maiorem concilıet auctoritatem: Iudæoſq́ meticuloſos ædificatores ad reſipiſcendum & credendum magis inflammet.

TERTIVM MEMBRVM: dehortationem habet ab exemplo patrum contemnentium Prophetas: cum deſcriptione Prophetarum doctrinæ patribus factæ.

אל תהיו כאבותיכם

Valde rogat populum ſuum patriſantem: ut ideo non patribus ſimiles fiant, doctrinam Prophetarum de pænitentia fideq́ contemnendo: ne uidelicet ob impietatem, ſimiles etiam patribus fiant pænis contemtum ſecuturis. Occaſio dehortationis fuit ſimilitudo: non ſolum peccati mortuorum, patrum & populi uiuentis: ſed etiam doctrinæ Prophetarum mortuorum & Sachariæ uiuentis. Patres erant præuaricatores Decalogi: ob idq́ agentibus finitimis adfligebantur, iuxta comminationes uiſitantis iniquitatem. Ad tales aiebant Prophetæ.

כה אמר יהוה

Id eſt, reſipiſcite: & relictis cupiditatibus & peccatis contra Decalogum, ſecundum illum uitam agite. Credite promiſsionibus diuinis: Deum in fide Chriſti petite, ut peccata condonet, & ab hoſtibus liberet, & uocationem uniuſcuiuslibet fortunet. Atqui patres nec reſipiſcere nec credere uolebant: imò defecerant in aduerſis à Deo, querebantq́ ab hominibus auxilium contra Dei mandatum in Prophetis loquentis. Quod Deus grauiter illis exprobat dicens:

ולא שמעו

Haud dubiè patriſabant Iudæi, quibus Sacharias concionabatur ita: ut Propheta metueret ſimiles peccatis, ſimiles illis pænis futuros.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0020-1

שמעו Est audire & animum intendere ad Deum: resipiscere, credere, inuocare, facere quod Prophetæ iubent.

QVARTVM MEMBRVM habet insultationem sarcasmicam: quo patrum & pseudoprophetarum mortuorum impietatem ideo deridet: ut populum suum ab exemplo malo deterreat. Patres uocat incredulos: Prophetas autem cœcos cœcorum duces. Itaq; uerbis sequentibus.

אבתיכם איה הם

Populo uult suo uelut insultare: patrumq́; impietatem obĳcere dicendo. Ecqui successit patribus uestris: qui me loquentem in Prophetis meis audire noluerunt: pseudoprophetis autem populum seducentibus adhæserunt? ubi nunc sunt patres (dicite) cum suis pseudoprophetis? mortui sunt omni spe frustrati. Quoniam ergo patres uestros eorumq; prophetas: sua defectione, meiq; contemtu: nil fecisse lucri uidetis, præter mortem æternam: cauete uobis, ne uidelicet ulla moti calamitate à me deficiatis: instarq; patrum Apostatarum intereatis.

QVINTVM Membrum de ueritate comminationum diuinarum: exemploq; patrum confitentium in afflictione, Deum iustum esse: se autem iniustos.

אך דברי וחקי אשר צויתי את עבדי הנביאים הלוא השיגו אבתיכם

Non solum docet Iudæos: propter sua delicta sic afflictos, ut Prophetæ ante exilium prædixerunt: inq; exilio peccata confessos ita, ut Danielis nono scriptum est. Verum etiam obiurgatorio erotemate, patrumq; exemplo, confirmat diuinarum comminationum ueritatem ita, ut docere uelit: haud aliter omnes præuaricatores, secundum legis comminationes, afflictum iri, quàm Iudæi sunt afflicti. Nec aliter in afflictione peccata confessuros, quàm Daniel omnium Iudæorum nomine fecit.

דברי וחקי Sunt leges & comminationes Dei: Iudæis à Ieremia cæterisq; Prophetis, ante Babylonicum exilium propositæ, השיגו impletæ sunt.

ויאמרו Patres in exilio Babylonico sunt peccata confessi: ueniamq; petiuerunt ita ut Da. 9. scriptum est. Hæc de concione prima: qua figuratè conatus est Sacharias, comminationibus, promissionibus, exemplis, mouere populum suum ad Deum timendum, eiq; credendum, secundum legem & Euangelion: antequàm exædificent templum urbemq;. Nimirum ut discant: propter impœnitentiam & incredulitatem, non solum annis quadraginta impeditam esse urbis templiq́; exædificationem. Verum etiam, si nunc templum aureum & ciuitatem argenteam conderent: tamen fore ut ipsos Deus cum templo ciuitateq́; abominetur & destruat omnia, sine pœnitentia ac fide Christi in templum ciuitatemq́; uenturi.

DE SECVNDA CONCIONE.

SEcundæ concionis occasio fuit cessatio populi: metuentis ideo templi ciuitatisq; exædificationem, per Dominos terrarum finitimarum, inposterum (ut hactenus) impeditum iri: quia nunc annis quadraginta post captiuitatem elapsis, fuisset ab ædificatione multifariam impeditus. Hoc igitur consilio per angelum concio secunda fit ad Sachariam: perq; Sachariam ad populum: ut populus tristis & segnis animaretur, moueretur q; consolationibus & promissionibus adeo magnificis ad exædificandum.

ביום עשרים וארבעה

Epigraphe docere uult: mense Februario, uidelicet appetente uere, temporeq́ʒ ad struendum apto, concionem hanc secundam Euangelicam & solatoriam: factam esse per Sachariam. Quam nos diuidamus in locos tres docendi gratia.

PRIMVS LOCVS habet uisionem de uiro inter Myrtos: cuius nos significationem explicabimus trifariam.

ראיתי הלילה

A tempore uisionis. הלילה nox tristiciam indicat: uisio Euangelion, ut Hab. 2. docet: cum factam esse tum completam tempore tristi.

והנה איש רכב על סוס אדם

A uiri habitu איש est מיכאל Ps. 113. ὁ θεάνθρωπος uir, Act. 2. dictus. סוס animal bellicum, humanitatem Christi. אדם cum formidinem hostium, tum passionem Christi רכב cum potentem esse faciendo pacem communem Iudæis: tum Christi triumphum passionem secuturum. Non solum docet Micaëlem Iudæorum protectorem hostium depulsorem esse: uerum etiam significat Christum hominem passurum quidem, sed de passione triumphaturum. hæc de habitu.

והוא עמד בין ההדסים

A statione & loco, non solum docet: Micaelem stetisse à Iudæis contra gentes Iudæorum contemtrices. Sed etiam significat Christum inter Iudæos acerrime uerbum Dei contra traditiones humanas asserturum. הדס myrtus arbor haud procera: baccas habens odoris præcipui, ad potum & esum utibiles. Ea (quoniam perpetuò uiret) romani ad serta triumphalia utebantur. Adparitio uiri inter myrtos significat pacem communem habituros Iudæos: qui inter gentes dictas arbores syluestres Ps. . sunt tanquàm myrti minimè syluestres, propter mysteria Dei illis credita Ro. 3. fuisse uero myrtos במצלה non in monte, significat: Iudæos contemtos à gentium Dominis, quos Ps. 76. uocat montes prædatiuos. עמד protegere bonos contra malos: ut ps. 82. Deus stat in synagoga Deorum.

ואחריו סוסים

A comitatu: uult dicere. Sicut angeli sequuntur Micaëlem in Iudæa defendenda ab hostibus finitimis regundaq́ʒ: ita Christum Apostoli sequentur in Ecclesia defendenda regundaq́ʒ. סוסים reges & principes circum Ierosolymam ac Persas Iudæis formidolosos, color equorum, affectum representat Iudæorum: siquidem uisiones eiusmodi sunt, qualiter animi sunt eorum affecti quibus adparent אדמים Iudæorum tristiciam metumq́ʒ hostilem שרקים per spadicem: metus ac tristiciæ futuram mitigationem לבנים liberationem à metu læticiamq́ʒ. Sicut igitur angeli sequentes uirum significant Apostolos eorumq́ʒ sequaces: ad quos aiebat uir Dei, sequimini me. Ita color rufus: horum quosdam sanguinem effusuros, ut Petrum & Paulum. per spadicen: eorum nonnullos multa quidem passuros, sed non occisum iri, ut Ioannem, Lucam, Athanasium. Per album, eorum nil quosdam corpore passuros: alioqui clarorum, ut Augustinum, Ambrosium & similium.

Enimuero licet omnia uisionis uerba cunctæq́ʒ circumstantiæ eo tendant, ut Iudæi, uel ideo metum abijciant omnem & animo fortissimo sint ad ædificandum in posterum: Quia pacem in omnibus terris angeli facturi sint: uidelicet ut Ierosolyma refici tranquillè possit. Attamen uerbo Dei semper inimica ratio: quod lætum & solatij plenum est, id retur esse formidolosum & horribile

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0022-3

ribile. Quod ſane confirmat exemplo Sacharias: in perſona populi ſui querens angelum ut ſequitur.

ואמר מה אלה אדני

Perinde ac diceret: eho quid equorum adparitio nocturna portendit? niſi bellum nouum & triſte: per quod nimirum ædificatio perpetuò impedietur. Nec porrò mirum fuit, populum reducem multa paſſum, ad ſpectrum nocturnum bellicumq́ (inſtar uſti pueri metuentis ignem) denuò pertimeſcere: quippe nox eſt terribilis & equus formidoloſus. Interrogari uerò quid aliud eſt quam uiſionis intellectum, reuelari ſibi cupere & populo optanti pacem?

ויאמר אלי המלאך

Petenti reſponſum, promittitur bonum. Hinc ait Deus: inuoca me & eripiam te. Et Chriſtus: petite & accipietis. Teſtatur ergò Sacharias à Micaële preces ſuas exauditas.

ויען האיש העמד בארץ

Vult ex ore Micaëlis promittere Iudæis: angelos terris ijs quas formidant in hoc eſſe præfectos: ut pacem communem faciant ædificaturis: ſignificatq́ angelos uelut exercitum cœleſtem inuocantes circumuallare: teſte pſ. 34.

להתהלך בארץ Angelos mitti à Domino, ut terram peragrent, eſt: Deum per angelos piorum cuſtodes, Diabolis impiorum patronis ita reſiſtere, ut pijs nocere diutius nequeant. Horſum illud Da. 10. princeps regni Perſici reſtitit mihi: ſed Micaël tulit opem mihi ut triumpharem. Angelos igitur in mundo Diaboli regno, Chriſtianorum eſſe cuſtodes ad ſalutem æternam: Epiſtola ad Hebræos primo teſtatur: uocans angelos ſpiritus adminiſtratorios emiſſos propter eos, qui ſunt hæredes ſalutis futuri. Eſt autem angelos dicere ad Micaelem: illos orare Chriſtum pro ſalute communi maxime eorum, quibus additi ſunt cuſtodes: ut Chriſtus aiebat Matth. 18. Angeli eorum ſemper uident patris mei cœleſtis faciem. Quid illi reſpondent? ſequitur.

ויענו את מלאך יהוה

Vult ex angelorum ore promtttere Iudæis pacem communem ad ædificandum tantam: ut quamuis Domini terrarum quos timent, ſint permanſuri: tamen abfuturum eſſe tantum, ut ædificationem ſunt impedituri: ut ideo ſint etiam adiuturi, quia angeli Dominos terrarum iuſſu Dei regunt ita: ut quod ipſi uelint, nequeant facere, ſed quod Deus uult, hoc eſt, Iudæis prodeſſe non obeſſe, cogantur. Cernimus in hoc uiſo tanquàm in ſpeculo: Deum regere mundum per angelos Prophetas magiſtratus: quod niſi faceret, Diaboli hæretici ſediciosi, facile ſint Eccleſiam ac politiam euerſuri deleturiq́.

LOCVS ſecundus habet orationem angeli pro Ieroſoyma, & reſponſionem Dei, nimirum è fontibus legis & Euangelij manantes. Sicut enim uerbum זעמתה legem totam: ita תרחם Euangelion totum: complectitur.

ויען מלאך יהוה

Concedit quidem angelus: peccata Iudæorum ſecundum comminationes iuſto Dei iudicio puniri, & Iudæos meritò caſtigatos à Babylonijs eſſe. Verum nomine Iudæornm, ab ira Dei prouocat, ad miſericordiam promiſſam Iere. 29. cogito uobis pacem dare, & Iere. 31. ero Deus eorum. Putat nimirum angelus: eiuſmodi promiſſis fretus: eſſe iuſtis ſecundum legem & Euangelion, gentes impias affligi, & Iudæos pios ſaluari: præſertim ſciens, Deum eſſe tam miſericordem in Chriſto, iuxta promiſſiones erga credentes: ut etiam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0023-8

comminationes suas mutet dum peccatores resipiscant. Sic igitur contra gentes, Angelus pro Iudæis orat.

O Deus iuste & pie: misereat tuam clementiam paternam: omnes gentes impias pacem habere circulatim: solum autem Israelem populum tuum electum in perpetuo metu esse. Sis memor omnium tuarum promissionum: quibus non solum in Christo remissionem peccatorum, sed etiam pacem & salutem ad templum extruendum Christo uenturo promisisti. Scis ipsemet Deus iuste & uerax, in omnibus comminationibus tuis, æquius esse, ut gentibus atheis secundum comminationes tuas irascare: quàm ut tuum populum electum deseras, opemq; promissam uel neges uel differas in hac struendi difficultate templum Christo uenturo. Respice igitur ò Deus omnipntens & pater æterne te ipsum & uerbum tuum Christum: meamq; orationem pro tuo populo factam exaudi.

ויען יהוה את המלאך

Docet totam responsionem Dei promissionibus constare tam lætis, ut etiam gentibus comminando, salutem Iudæis promittat, דברים טובים ונחמים uocat promissiones lætas sequentes, oppositas comminationibus tristibus in oratione: sicut opponitur Euangelion Christi legi Mosis Deut. 18. & Iere. 31. partiar uerò דברים טובים יהוה in partes quatuor.

ויאמר אלי המלאך

Sacharias ait ויאמר אלי המלאך partim ut quod audit Euangelion populo meticuloso concionetur, ideoq; certificetur concionem suam esse Dei uerbum, quia nil aliud nisi quod audiuit ex angelo concionetur: partim ut populus segnis & timidus, ob gentium aduersitatem finitimarum, audiens cum Sacharia locutum angelum Dei, uel ideo sit animosus & fortis ad ædificandum, quia Deus promissionibus tam magnificis se Iudæorum amicum esse, gentium autem inimicum declaret. Nam si Deus ait קנאתי לירושלם se præ tam magno amore erga Ierosolymam & Sionem: quàm magnus est amor patris aut mariti erga filium aut coniugem: non alio consilio Solymos & Sionios exilio Babylonico puniisse, nimirum ut eorum impietatem minueret & pietatem augeret: quàm pater filium aut maritus coniugem ideo corrigit, ut quod malum est auertat, & quod bonum est adaugeat, קנאה zelus: amica libido puniendi eum quem diligis in hoc: ut quod in eo uiciosum est tollas & bonum adaugeas: instar patris aut mariti, filium aut coniugem peccantem, non ideo corrigentis ut perdat, sed ut emendet. Ob idq; Deus zelotes uocatur: quia secundum legem puniendo, non uult mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat.

וקצף גדול אני קצף

Comminatur gentium superbiæ pænas huius & futuræ uitæ: comminationisq; legalem causam iustam exponit bifariam. Primum inquit אני קצפתי מעט excusat se, uultq; dicere: Babylonicum exilium non iram occidere uolentem, sed amorem emendare uolentem, fuisse. Dein והמה עזרו לרעה accusat uictrices gentes, non contentas affligere deridereq; Iudæos, sed penitus illos extinguere conantes: ut ps. 137. dicebant, exinanite usq; ad fundum. Quæ gentium superbia reddebat Iudæos flagelli præteriti memores adeò tristes ac meticulosos, ut ad ædificandum segnes admodum fierent: semper timentes, uidelicet, ne uulnus obductum iam cicatrice recrudesceret. Vt igitur pater castigatum filium blandis ad se uerbis reuocat, inq; eius conspectu uirgam, qua cesus filius

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0024-4

filius abijcit indignabundus, eamq; obiurgat, quòd filium contristarit dilectum: affirmatq; si contristatus sit filius, id factum esse uirga amore paterno, eoq; consilio, ut filius & melior fiat & saluetur: uirgam autem nil aliud mercedis reportaturam quòd filium contristarit, nisi ut in ignem conijciatur atq; comburatur. Sic Deus ab antithesi Euangelica adeoq; ratione legali. Iudæos, gentes adhuc uictrices ita pertimescentes, ut se ædificationem templi perfecturos diffiderent, excusatione sui & accusatione gentium, consolari uult inflammareq; ad exædificandum ita: ut uel ideo posthac timere non debeant, quenquam ædificationem impediturum, quia uerè Deus sit gentium superbarum iuimicus: Iudæorum autem humilium amicus.

השאננים

Gentes Atheas notat superbiæ (quæ mentis est elatio superegrediens) quòd contra Iudęos uictos superbirent nimis crudeliter illos tractando: ideoq; putarent se Deo charos, quòd uicissent Iudæos, Iudæos autem abiectos quòd essent uicti. Contrarium autem uerum esse, Deus ipsemet hic testatur.

לכן כה אמר יהוה

Consolari uult solymos conditores metuentes sibi à gentibus, finitimis animatè ad exædificandum, promissione bonorum spiritualium & corporalium.

שבתי לירושלם ברחמים

Ierosolymam binis ingentibus beneficijs afficere: primo ביתי בנה domum extruere, in qua doceatur uerbum per quod auditores fiant domus, & in quam Christus sit uenturus saluator. Secundo קוה perpendiculum extendere: pulchras ædes extruere, & politiam Mosaicam instituere: In Esra legimus ciues Solymos cuncta reformasse. Vocabulo רחמים complectitur magistratum Ecclesiasticum & politicum: quibus duobus beneficijs salus tam constat quam hominis uita, animo & corpore.

עוד קרא לאמר

Non simpliciter sed ὑπερβολικῶς nec tantum urbi Solymæ, uerum etiam toti Iudææ promittit omnia bona cum spiritualia tum corporalia per Chaldæos ablata se redditurum: modo sint fortes, extruantq; intrepide templum Christo uenturo saluatori.

תפוצנה ערי מטוב

Ciuitates Iudææ sicut ante captiuitatem floruerunt, reflorebunt: adeoq; donis spiritualibus & corporalibus ornabuntur.

ובחר עוד בירושלם

Ierosolyma ut ante uastitatem fuit: ita uicissim metropolis & regina Iudææ erit: propter Christum regem in eam uenturum.

LOCVS Tertius secundæ concionis, habet secundam uisionem de quatuor cornibus petentibus & frangentibus: deq; quatuor fabris cornua deterrentibus atq; refringentibus.

ואשא את עיני וארא

Sacharias in persona Iudęorum fateri uidetur: se considerasse gentium circum Ierosolymam potentiam: metuq; earundem se Deum inuocasse. Qualis uisio descriptioq; uisionis: talis & affectus & sensus, talis animus Prophetæ Iudæorumq; fuit: quia namq; tot annos dispersi fractiq; aduersitatibus erant Iudæi: reduces licet formidabant adhuc & diffidebant, semper metuentes urbis & ædis

refe-

refectionem, per gentes maximè Persas impeditum iri, quicquid tandem conarentur. קרנות regna seu gentes ארבע omnia: quia mundus in quatuor partes diuisus.

ויאמר אלי

Subindicat: populum ideo pauidum & segnem ad ædificandum fuisse: quia dispersionis præteritæ sensus adhuc in animo fixus, haud sineret credere, templum, urbemq́, sine gentium impedimento refici posse. Ecce autem pauorem hunc, atq; segniciem extruendi: Dominus, per ostensionem quatuor fabrorum, ex animis Iudæorum exemit pulcherrimè uerbis sequentibus.

ויראני יהוה ארבע חרשים

Sacharias innuit: Iudæos quidem suos dispersores, id est, reges & populos circum Ierosolymam expauisse: uerum ostensione quatuor fabrorum consolari pauidos ita uult: ut uel ideo iubeat animo fortissimo ad ædificandum esse: quia sint angelos habituri coadiutores: quorum potentiæ totus mundus resistere nequeat: Proinde metum abijciant omnem, & animo sunt ad ædificandum maximo inuictissimoq́.

חרשים Fabri: artifices omnis generis, grecè τέκτονες quibus ædificatio perficitur. Significant angelos, quatuor cornibus, id est, quatuor regnis præfectos, inq; eo cœlesti potestati obedientes: ut reficiant diuinitus, quod Diabolicæ gentes destruxerant. Sicuti autem supra uerba hæc ואמר מה אלה ita uerba hæc: מה אלה באים לעשות præ se ferunt: uisionem fabrorum non minus terribilem quam cornuum adparitionem fuisse. Pauidis mentibus etiam ea quæ sunt solabilia uidentur formidolosa: ceu Mariæ Gabriel, & pastorib. exercitus angelorum Lu. 2. Dominus autem consternatis mentibus, nullum uidentibus solatium, ideo fabros ostendit: ut respirent, confidant, credant, angelos quatuor in quatuor mundi plagis, id est, omnibus regnis circum Ierosolymam: non solum omnia impedimenta struendi impedituros: uerum etiam structuram urbis templiq́; omnipotenter adiuturos esse.

זרו Dispergere cornuum & hostium est. חנשים קרן succisiuas calamitates inferre. להחריד ולירות est angelorum: qui conatus aduersantium impedire piosq́; adiuuare solent.

ἡ ἀλληγορία.

Vt חרשים sunt angeli: & significant Apostolos: Hinc enim Paulus se uocat ἀρχιτέκτονα: & struere, docere significat. Ita חרשים adparitio duplex: & angelorum & Apostolorum officium duplex representat. Quemadmodum enim hi fabri: Iudæis templum, urbemq́; struentibus adsunt, & hostes eorum deterrent atq; deijciunt. Ac Esra scribit refectores Solymos armatos ædificasse. Sic & Apostoli docent pios: hæreticis autem resistunt, iuxta illud: Episcopus potens sit admonere sana doctrina & contradicentes reuincere.

Dispersio quatuor cornuum: totius mundi persecutionem significat: quia supra dictum, per quatuor, omnia significari. Proinde fabros quatuor, deterrere & deijcere quatuor cornua Iudæos dispergentia, significet: ministerium Apostolorum, omnia quæ in toto mundo contra Dei uerbum sunt amoliri, deq; portis inferorum triumphare. Horsum illud Pauli gloriatio 2. Cor. 10. Arma nostræ miliciæ carnalia non sunt: sed potentia coram Deo, ad deuastandum munitiones consiliorum, & omnem celsitudinem extollentem se contra Dei cognitionem, & captiuam ducentem omnem rationem, & Christo subijcimus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0026-5

CAPVT SECVNDVM.

ואשא עיני וארא והנה איש ובידו חבל c

ואשא	עיני	וארא	והנה	איש	ובידו	חבל
וזקפית	עיני	וחזית	והא	גברא	ובידיה	חוט
καὶ ἦρα	τοὺς ὀφθαλμούς μου	εἶδον	καὶ ἰδοὺ	ἀνὴρ	καὶ ἐν χειρὶ αὐτοῦ	σπαρτίον
Et leuaui	oculos meos	uidens	Et ecce	uir	& in manu eius	funiculus
vnd ich hub (auff	meine augen	sehend	vnd sihe	ein Man	vnd in seiner hand	—schnur

מדה ויאמר אנה אתה הולך ויאמר

מדה	ואמר	אנה	אתה	הולך	ויאמר
דמשחתא	ואמרית	לאן	את	אזיל	ואמר
γεωμετρικόν	καὶ εἶπα	ποῦ	σὺ	πορεύῃ;	καὶ εἶπε
mensorius	Et dixi	ecquò	tu	uadis?	Et inquit
ein mess—	Vnd ich sprach	wohin	du	gehest?	Vnd er sprach

אלי למד את ירושלם לראות כמה e

אלי	למד	את	ירושלם	לראות	כמה
לי	לממשח	ית	ירושלם	למיחזי	כמא
πρὸς με	τοῦ διαμετρῆσαι	τὴν	Ἱερουσαλὴμ	τοῦ ἰδεῖν	πηλίκον
ad me	ut metiar		Hierusalem	ut uideam	quanta sit
zu mir	zu messen		Jerusalem	zusehen	wie

רחבה וכמה ארכה: והנה המלאך הדבר e

רחבה	וכמה	ארכה:	והנה	המלאך	הדבר
פותיה	וכמא	אורכה :	והא	מלאכא	דממליל
τὸ πλάτος αὐτῆς	καὶ πηλίκον	τὸ μῆκος αὐτῆς.	καὶ ἰδοὺ	ὁ ἄγγελος	ὁ λαλῶν
latitudo eius	& quanta	longitudo eius.	ecce autem	angelus	loquens
weit sie	vnd wie	jre lenge.	vnd sihe	der Engel	der redet

בי יצא ומלאך אחר יצא לקראתו:

בי	יצא	ומלאך	אחר	יצא	לקראתו:
עמי	נפיק	ומלאכא	אוחרנא	נפיק	לקדמותיה :
ἐν ἐμοὶ	εἱστήκει	καὶ ἄγγελος	ἕτερος	ἐξεπορεύετο	εἰς ἀνάντησιν αὐτῷ.
mecum	prodibat	& angelus	alter	egressus est	illi obuiam.
mit mir	gieng eraus	vnd Engel	ein ander	gieng eraus	jm entgegen.

ויאמר אלי רץ דבר אל הנער הלז

ויאמר	אלי	רץ	דבר	אל	הנער	הלז
ואמר	ליה	רהוט	מליל	עם	עולימא	הדין
καὶ εἶπε	πρός με	δράμε	λάλησον	πρὸς	νεανίαν	ἐκεῖνον
& dixit	ad me	curre	loquere	ad	puerum	illum
vnd er sprach	zu mir	lauff hin	sage	zum	knaben	dem

לאמר פרזות תשב ירושלם מרב אדם e

לאמר	פרזות	תשב	ירושלם	מרב	אדם
למימר	פצחין	תיתב	ירושלם	מסגי	אנשא
λέγων	κατάκαρπος	κατοικηθήσεται	Ἱερουσαλὴμ	ἀπὸ πλήθους	ἀνθρώπων
dicens	sine muro	habitabitur	Hierusalem	præ multitudine	hominum
sprechend	on mauren	wird man wonen	Jerusalem	für menge	der Menschen

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0027-1

e

וּבְהֵמָה בְּתוֹכָהּ וַאֲנִי אֶהְיֶה לָּהּ נְאֻם יְהוָה

ובעירא בגוה ומימרי יהי לה אמר ייי

καὶ κτηνῶν τῶν ἐν μέσῳ αὐτῆς κἀγὼ ἔσομαι αὐτῇ λέγει κύριος

ac iumentorum qui in ea sunt egoq; Ero illi inquit Dominus

vnd Viechs das drin sein werd vnd ich ich wil sein jr spricht der HErr

חוֹמַת אֵשׁ סָבִיב וּלְכָבוֹד אֶהְיֶה בְּתוֹכָהּ׃

כשור דאשא מקפת לה וביקר אשרי שכינתי בגוה׃

τεῖχος πυρὸς κυκλόθεν καὶ εἰς δόξαν ἔσομαι ἐν μέσῳ αὐτῆς.

murus igneus circulatim & gloria Ero in medio eius.

Maure ein fewr vmbher vnd zur ehre ich wil sein drinnen.

הוֹי הוֹי וְנֻסוּ מֵאֶרֶץ צָפוֹן נְאֻם יְהוָה כִּי

ווי ווי אפכו מארעא צפונא אמר ייי ארי

ὢ ὢ καὶ φεύγετε ἀπὸ γῆς βορρᾶ λέγει κύριος διότι

o o Effugite è terra septentrionali inquit Dominus nam

hut hut fliehet aussm Land mitternacht spricht der HErr Denn

כְּאַרְבַּע רוּחוֹת הַשָּׁמַיִם פֵּרַשְׂתִּי אֶתְכֶם

כארבעא רוחי שמיא בדרית יתכון

ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων τοῦ οὐρανοῦ διέσπαρκα ὑμᾶς

in quatuor uentos cœli dispersi uos

in die vier winde des Himels ich hab zustrewet euch

נְאֻם יְהוָה הוֹי צִיּוֹן הִמָּלְטִי יוֹשֶׁבֶת בַּת

אמר ייי ווי דציון חוסם די יתב ברת

λέγει κύριος ὢ Σιὼν ἀνασῴζεσθε κατοικοῦντες θυγατέρα

inquit Dominus o Zion Euade incola filiæ

spricht der Herr hut Zion Entrinne die du wonest bey der tochter

בָּבֶל׃ כִּי כֹה אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת אַחַר

בבל׃ ארי כדנן אמר ייי צבאות בתר

Βαβυλῶνος. διότι τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ ὀπίσω

Babylonis. Nam Sic inquit Dominus exercituum post

Babel. Denn so spricht der Herr Zebaoth Sie ist hin

כָּבוֹד שְׁלָחַנִי אֶל הַגּוֹיִם הַשֹּׁלְלִים אֶתְכֶם

יקרא שלחני על עממיא דבזזין יתכון

δόξης ἀπέσταλκέ με ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ σκυλεύσαντα ὑμᾶς

gloriam misit me ad gentes depredantes uos

die ehre er hat mich gesand zun Heiden die beraubt haben euch

כִּי הַנֹּגֵעַ בָּכֶם נֹגֵעַ בְּבָבַת עֵינִי׃ כִּי

ארי למנזק בכון כד מושיט למקרב עינותי׃ ארי

διότι ὁ ἁπτόμενος ὑμῶν ἁπτόμενος τῆς κόρης τοῦ ὀφθαλμοῦ μου διότι

quia attingens uos attingit uos pupillam oculi mei. Enim

denn wer antastet euch der tastet an den apffel meines auges. Denn

הנני

הנני מניף את ידי עליהם והיו שלל

הא אנא מרים ית גבורתי עליהון ויהון עדי

σκῦλα καὶ ἔσονται ἐπ' αὐτοὺς χεῖρά μου τὴν ἐπιφέρω ἰδοὺ ἐγὼ

prædæ Eruntq; super eos manum meam agito Ecce ego

zum raub vnd sollen werden vber sie mein hand wil weben Sihe ich

לעבדיהם וידעתם כי יהוה צבאות שלחני׃

לפלחיהון ותידעון ארי יי צבאות שלחני׃

ἐξαπέσταλκέ με. παντοκράτωρ κύριος ὅτι καὶ γνώσεσθε τοῖς δουλεύουσιν αὐτοῖς

misit me. exercituum Dominus quod & cognoscetis ijs qui seruierunt ipsis.

hat mich gesand. Zebaoth der Herr das vnd solt erfaren den die jn gedient haben

רני ושמחי בת ציון כי הנני בא ושכנתי

בועי וחדי כנשתא דציון ארי הא אנא מתגלי ואשרי שכינתי

καὶ κατασκηνώσω ἔρχομαι ἰδοὺ ἐγὼ διότι Σιὼν θύγατερ καὶ εὐφραίνου τέρπου

& habitabo uenio ecce ego nam Zion filia & letate gaude

vnd ich wil wonen kom sihe ich denn Zion du Tochter vnd sey frölich frew dich

בתוכך נאם יהוה׃ ונלוו גוים רבים אל

בגויך אמר יי׃ ויתוספון עממין סגיאין על

ἐπὶ πολλὰ ἔθνη καὶ καταφεύξονται κύριος. λέγει ἐν μέσῳ σου

ad multæ gentes Et iungentur Dominus. inquit in te

zum viel Heyden vnd sollen gethan werden der Herr. spricht bey dir

יהוה ביום ההוא והיו לי לעם ושכנתי

ייי בעידנא ההוא ויהון קדמי לעם ואשרי שכינתי

καὶ κατασκηνώσω εἰς λαόν μοι καὶ ἔσονται ἐκείνῃ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τὸν κύριον

& habitabo populus meus eruntq; illa in die Dominum

vnd wil wonen Volck mein vnd sollen selben zur zeit Herrn

בתוכך וידעת כי יהוה צבאות ש

בגויך ותדעין ארי יי צבאות

παντοκράτωρ κύριος ὅτι καὶ ἐπιγνώσῃ ἐν μέσῳ σου

exercituum Dominus quòd sciesq; in te

Zebaoth der Herr das das du erfaren solt bey dir

שלחני אליך ונחל יהוה את יהודה

שלחני עלך ויחסין יי ית לבית יהודה

Ἰούδα τὸν κύριος καὶ κατακληρονομήσει πρὸς σε ἐξαπέσταλκέ με

Iudam Dominus & hæreditabit ad te misit me

Juda der Herr vnd wird erben zu dir hat mich gesand

חלקו על אדמת הקדש ובחר עוד

חולקהון על ארעא דקודשא ויתרעי עוד

ἔτι καὶ αἱρετιεῖ τὴν ἁγίαν τὴν γῆν ἐπὶ τὴν μερίδα αὐτοῦ

rursum eligetq; sancta terra in partem suam

wider vnd wird welen heiligem Land in sein teil

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0029-6

C

בִּרוּשָׁלָם ׃	הַס	כָּל	בָּשָׂר	מִפְּנֵי	יְהוָה	כִּי
בִּרוּשְׁלֶם ׃	סְפוּ	כָּל	רַשִׁיעַיָא	מִן קֳדָם	יְיָ	אֲרֵי
ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλήμ.	εὐλαβείσθω	πᾶσα	σάρξ	ἀπὸ προσώπου	κυρίου	διότι
Hierosolymam.	silescat	omnis	caro	ante	Dominum	Nam
Jerusalem.	Es sey stil	alles	fleisch	für dem angesicht	des HErrn	Denn

C

נֵעוֹר	מִמְּעוֹן	קָדְשׁוֹ ׃
אִתְגְּלִי	מִמְּדוֹר	קוּדְשֵׁיהּ ׃
ἐξεγήγερται	ἐκ σκηνοῦ	ἁγίου αὐτοῦ.
excitatus est	de habitatione	sancta sua.
er hat sich auffgemacht.	von der wonung	seiner Heiligen.

CAput secundum est uaticinium de Christo & Ecclesia: seu de Ierosolyma spirituali per corporalem significata, puto de Ecclesia Christi ex Iudæis & gentibus per Euangelion congreganda. Nos caput in tres locos diuidamus.

PRIMUS Locus est de occasione prophetiæ capitis huius: de uiro habente funem Geometricum in manu: de apparatione trium angelorum: de Ierosolymæ cœlestis, id est, Ecclesiæ catholicæ, populo, magnitudine, muro, gloria.

ואשא עיני Indicat: se propter magnificas promissiones capite primo Ierolymæ terrenæ factas: ualde scire cupijsse, quidnam futurum esset terrena Ierosolyma exædificata.

והנה איש Prophetæ responsum à spiritu Dei: Christum esse, propter quem terrena Ierosolyma conderetur: utpote uenturum in eam, cœlestemq; Ierosolymam in ea uerbo spirituq; Dei conditurum.

ובידו חבל מדה

Vir habens funem geometricum in manu, est: ὁ θεάνθρωπος Dominus noster Iesus Christus unicus architectus Ecclesiæ Dei: איש Dictus ab humanitate: funem autem habens in manu, à diuinitate & potentia spiritum sanctum Euangelio credentibus largiendi. Per enim חבל מדה Spiritus Christi sanctus indicatur: quem Christus post suam ascensionem accepit Ecclesiæ, sicut Ps. 68. testatur. Comparatur autem spiritus funi geometrico propter duas causas: primum, quia Christus mensurat Ecclesiam catholicam donis Spiritus, ut Paulus ait, uni sic alteri sic: Dein, quia mensura Ecclesię nec longior nec latior est, quàm datur à Christo spiritus sanctus, Paulo testante, qui Christi spiritum non habent non sunt Christi. Videt igitur ac prædicit Sacharias: Dei uerbum carnem futurum: & in carne docturum: & à Deo patre discipulis. i. credentibus omnibus Spiritum sanctum missurum: sic enim ait Ioan. 15. Mittam uobis spiritum à patre, quia mea sunt omnia quæ pater habet.

ואמר אנה אתה הולך

Claret ex his uerbis Sachariam nosse cupijsse: quàm longum, magnum, latum, gloriosum, esset Christi regnum futurum: instar Abrahæ gestientis uidere diem Christi.

ואמר אלי למוד את ירושלם לראות כמה רחבה וכמה ארכה ׃

Significat Christum respondisse: tam longum & latum regnum suum nouam Ierosolymam futurum: quàm sonant omnes Dei promissiones de

Christi

Christi regno. Gen. 12. In semine tuo benedicetur omnibus tribubus terræ. Gen. 15. Potes stellas cœli numerare? sic erit semen tuum. Ioel. 3. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Hactenus de occasione Prophetiæ: deq; uiro habente funem geometricum in manu: nunc de apparitione trium angelorum.

והנה המלאך הדבר בי

Primus angelus habet funem Geometricum in manu: secundus egreditur: tertius occurrit egredienti, mandatq; secundo uisum de primo explicari, Mihi uidetur mysterium indicare sanctæ Trinitatis: esseq; testimonium Dei Patris de Deo Filio, per Deum Spiritum sanctum in corde Sachariæ factum. Quid uerò spritus Propheticus ad Zachariam de Ierosolyma dixit?

פרזות תשב ירושלם מרב אדם ובהמה בתוכה :

Promissio de Ierosolyma noua seu descriptio Ecclesiæ Christi. ירושלם significat congregationem credentium omnium in Christum ex Iudæis & gentibus: sicut & Paulus ob id Gal. 4. uocat ecclesiam ex Iudæis & gentibus Ierosolymam supernam liberam matrem omnium nostrum. תשב structuram & habitationem Ierosolymæ supernæ spiritualem esse: Paulus Eph. 2. testatur: & uox פרזות indicat. Significat enim פרז rus, uicum, seu uillam absq; muro: solum inuenitur in nu. plu. ut hic & Es. 9. פרזות id est, in uillis absq; muro. Et inde פרזים Es. 9. habitantes in uillis absq; muro. Cur autem sine muro queris? מרב quia tanta erit multitudo Christianorum Ierosolymam inhabitatura, quanta est stellarum cœli innumerabilium. Diuidit autem spiritus habitantium multitudinem in homines & pecora: uolens intelligi per אדם fortes Christianos, ideo dictos homines, quia donis præditi sunt maioribus & tantum infirmis præditis minoribus donis antelucent, quantum homines pecoribus ante stant. Per autem בהמה infirmos Christianos intelligi uolens: ideo dictos pecora, quia donis paucis sunt præditi, nec minores stellę maiorem claritatem habent, adeoq; uelut ab hominibus reguntur pecora, sic fortes Christiani donis præcellentes infirmos Christianos erudiunt, regunt ferunt, & corrigere possunt infirmitatem Christianorum inferiorum: sicut & Paulus mandat spiritualibus dicens: infirmum fide suscipite, nec placete uobis ipsis.

ואני אהיה לה נאם יהוה חומת אש סביב ולכבוד אהיה בתוכה :

Promittit Christus auxilium Ecclesiæ. חומת אש significat Deum omnipotentem Christum Ecclesiam suam custoditurum misericorditer in afflictione, futurumq; igneum murum aduersus hostes: Ps. 125. Dominus ita circum populum suum est, ut Ierosolyma cingitur montibus. Nonne Deus fuit ignis consumens: Dum ignis de cœlo uorarat satellites Ahasi regis ad capiendum Eliam missos 4. Re. 1. סביב indicat aduerbium: nullam creaturam Ecclesiæ nocere posse Deo protegente: quod Paulus etiam testatur inquiens: Si Deus nobiscum quis contra nos? ולכבוד significat Christum Ecclesiam suam tot & tantis beneficijs & donis spiritus affecturum & ornaturum: ut in omnibus Dei promissionibus figuris uisionibus de Christo & Ecclesia prædictum est in Mose Prophetisq; omnibus. Hac gloria destituuntur omnes Euangelio non credentes.

SECVNDVS Locus Reuocat extorres Iudæos è Babylone terrisque omnibus Ierosolymam: & hortatur illos ad exædificandum Ierosolymam terrenam, propter Ierosolymam cœlestem à Deo per Christum struendam, inq; omnes terras extendendam.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0031-3

חוי חוי ונסו מארץ צפון

ארץ צפון Babylon assyriaq́ est. Verbo ונסו præcipit cum festinatione discedere: nimirum ob loci periculum uitandum & salutem alibi consequendam. Repetitio aduerbij uocandi חוי חוי magnam habet Emphasim: uidelicet ad præcauendum comminationes exilij, & promissiones redemtionis adimplendum. Vult ergo dicere: Cogito in terrena Ierosolyma cœlestem Ierosolymam extruere: cuius ego sim ipsemet igneus murus, & in qua degam cum gloria: quo.s. ignominia uestra cesset inter omnes gentes, quasi nullum Deum habeatis. Fugite, fugite igitur Babylonios tanquàm hostes uestros maximos, cunctasq́ gentes inter quas exulatis. Redite, redite Ierosolymam tanquàm in patriam uestram dulcissimam: omnes, omnes ex omnibus terris redite Ierosolymam refectum atq́ exædificatum terrenam, propter Ierosolymam cœlestem in ea condendam per Christum in hoc ut uos eius ciues & conciues sanctorum fiatis.

כי בארבע רוהות חשמים פרשתי אתכם

Ratio hortationis indicans uerbo פרשתי iram Dei, qua tanquàm pulueres à uento sint in exilium Babylonicum, cunctasq́ in gentes dispersi, iam finitam esse; iamq́ incipere salutem Ierosolymæ promissam à Ieremia.

חוי ציון חמלטי ישבת בת בבל

ἡ ἀποστροφὴ addita hortationi propter Dei promissiones de Christo nominatim factas Sioni. Reuocat autem præcipuè ciues Solymos adhuc in Babylone degentes: seu tribum Iuda è qua Christus oriundus: uocatq́ illos Sionem κατὰ τὴν μετωνυμίαν: quia Iudæi iam olim è Babylone redire Ierosolymam suspirarunt, teste Ps.137. & Christus rex Sion promissus esset Ps.2. Et hoc redeundi suspirium uult acuere uerbo חמלט incitareq́ ad exilij Babylonici periculum effugiendum & salutem patriæ consequendum. Notum est ciuitatem hebræo more filiam adpellari. Cur autem Sionem uocat שבת filiæ Babylonis: cum Iudæi reuera peregrini essent ut patres ipsorum, non ciues ut Babylonij? propter impios utitur uocabulo שבת habitandi non peregrinandi: quia toti facti erant Babylonij, nec unquam redire Ierosolymam, cogitarant omnium Dei promissionum obliti. E uerbis affectus elucet. Vt igitur è uerbo ונסו sic ex חמלטי lucet: Iudæos Babylonem ægerrimè reliquisse, non modo propter res ibidem partas, sed etiam quòd à cruce Solyma abhorrerent.

כי בה אמר יחוה צבאות

Equidem per יחוה צבאות hic Deum patrem intelligo: per autem אמר uerbum, quod ait Deum filium: sicut & his uerbis ברא אלהים Trinitatis personæ significantur. Vaticinatur ergò de aduentu Christi in mundum: quòd uaticinium ceu locum in sex membra partiamur, quibus uidelicet Christi regnum in carnem uenturi describitur.

I. A missione seu uocatione Christi: quam exprimit uerbo שלחני pronomine me Deitatem, uerbo mitti hnmanitatem Christi præ se ferente: mitti namq́ in scripturis est officium docendi inter homines suscipere, Paulo referente, quomodo prædicabunt si non missi? Porrô si nemo potest doctor esse gentium, ni sit homo: sequitur, eum qui dicit hic, misit me אל גוים uerum Deum & uerum hominem esse illum, de quo Io.1. Verbum caro factum, qui est in sinu Patris nobis enarrauit. Enimuero si doctor mittendus est futurus Deus & homo: necesse est illum non modo sine peccato esse (ut Christus

est

est conceptus è Spiritu sancto, natus ex uirgine Maria Immanuel) sed etiam si mittendus אל גוים necessum est talem esse doctorem, qui posit in omnibus locis esse doceretq́; ut Christus etiam ideo descendit in imas terræ partes, ascenditquè super omnes cœlos, ut impleat omnia uereq́; dicat, ero uobiscum usq́; in consummationem sæculi. Proinde, si nomina hæc יהוה צבאות soli Deo tribuuntur: & non solum ex his uerbis אמר יהוה צבאות sed etiam ex his שלחני duæ trinitatis personæ subindicantur, uidelicet Deus Pater mittens & Deus Filius missus. Ex his uerbis omnibus, summatim condiscamus: eum qui dicit שלחני non modo uerum esse Deum, adeoq́; Dei uerbum & Filium, sed etiam ipsummet Deum Filium hic promittere: se mittendum à Patre in carnem ad docendum genus humanum.

II. A tempore missionis seu uocationis Christi: quod exprimit uerbis אחר כבוד. Vt autem uox כבוד regnum: ita præpositio אחר finem regni: significat. Iam si per כבוד accipis regnum Persicum, docere uult: post finem regni Persici Christum uenturum. Quòd ideo prædixerit: ne Iudæi putarent adhuc florente regno Persico uenturum Christum. Si uerò per כבוד accipis regnum Iudaicum, doceat: post finem regni Iudaici Christum uenturum: quod etiam Ge. 49. prædictum. Et scimus Christo misso, Herodem in Iudæa regnasse Idumæum. Dumq́; missus esset ad gentes per Apostolos: Ierosolymam per Romanos uastatam fuisse. Verbis igitur his אחר כבוד non solum tempus regni Christi uenturi subindicet, doceatq́;: ablatis regnis Persico & Iudaico, uenturum Christum & Ierosolymam nouam conditurum, uerum etiam formam externi regni Christi sic depingit, ut doceat simul: Iudæos Prophetias de regno Christi neutiquam intelligere de regno corporali, uerum de regno spirituali per crucem & mortem parando. Si namq́; אחר כבוד oriri debet: necesse est in gloriam taleq́; futurum, quale describit Psalmus octauus: & ipsemet ante Pilatum confitetur inquiens: Regnum meum non est de hoc mundo. Obseruemus uerò Dei misericordiam ex his uerbis השללים אתכם quam Paulus Ro. 15. prædicat.

III. Ab officio seu causa aduentus Christi: quam exprimit uerbis sequentibus.

כי הנגע בכם נגע בבבת עיני

Crux Ecclesiæ prædicatur: & consolatio promittitur. הנגע propter uerbum Dei affligens: ex quò claret, Ecclesiam cruci subiectam propter peccatum, ut ait Paulus. בכם respicit Ecclesiam, hoc est, omnes qui propter uerbum affliguntur iuxta Ps. 44. propter te mortificamur tota die. Sed audi consolationem Seruatoris Christi.

בבת Pupilla seu pupula, est: id uidendi in oculo uis, quasiq́; specillum oculi. Sicut enim in speculo imago hominis tota cernitur: ita in pupilla quasi specillo uidetur hominis imaguncula tota: Comparat autem Ecclesiam, hoc est, Christianum quemlibet pupillæ oculi Christi: propter amorem mutuum & ineffabilem Christi erga Ecclesiam, & uicissim Ecclesiæ erga Christum.

Si nescis, oculi sunt in amore duces. Sicut igitur in hac lachrymarum ualle tota uis amoris Christi erga Ecclesiam in aspiciendo Christianum quemlibet inuocantem & uolendo eum liberare posita est, iuxta illud: Oculi Domini super timentes & sperantes. Et uicissim amoris Ecclesiæ erga Christum uis tota in eo posita est, ut Dei promissiones de Christo seu Ecclesiam Christi fide

inspiciat,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0033-4

inſpiciat,& in eo ſalutem æternam cernat, fideq́ꝫ promiſsionum inuocet Chriſtum,inſtar Dauidis Pſ.130. Ita in altera uita amoris Chriſti erga Eccleſiam tota uis in eo poſita eſt:ut reſuſcitatos noſtros oculos imò nos totos reddat ſimiles oculis ſuis clarificatis,imò toti corpori ſuo transfigurato:teſte Paulo. Et uiciſsim Eccleſiæ reſuſcitatæ amoris erga Chriſtum Saluatorem uis tota in eo poſita eſt,ut aſpiciat Chriſtum tanquam ſummum bonum perpetuò, inq́ꝫ eius oculi diuini pupilla ſuam imaginem amabiliſsimè relucere cernat:teſte 1. Io. 3. Videbimus eum ſicut eſt.

Quid autem uult Chriſtus his uerbis נגע ברבת עיני indicat ſe malis Eccleſiæ ceu ſui corporis ſic affici ut nil ſuprà.Nam ſi nemo hominum facile patitur oculi ſui pupillam attingi præſertim ab inimico: ſed attingere uolentem repellit ui ſumma. Quanto magis Chriſtus non ſolum tam moleſtè ferat Eccleſiam propter Euangelion cædi : quàm iniquo tulit animo caput ſuum diuinum ſpinis acutis coronari,latusq́ꝫ mucrone ſuum tranſfodi. Sed etiam tam grauem ultionem in hoſtes Chriſtianorum meditetur,quàm grauiter minatus eſt tortoribus ſuis inquiens:Ite maledicti in ignem æternum.

Verbis igitur prædictis:cauſam aduentus ſui præcipuam officiumq́ꝫ deſcribit ita : ut non ſolum docendo,patiendo,ſaluando declaret ſe tam diligere Eccleſiam, quàm oculi ſui pupillam,recipiatq́ꝫ Eccleſiæ daturum ſe cuncta bona promiſſa: Verum etiam deieret ſe ulturum perſecutores Eccleſiæ ſecundum omnes comminationes ſcripturæ.

IIII. A ſubactione gentium ſpiritnali:quam exprimit uerbis ſequentibus Chriſtus.

כי חנני מנית את ידי עליהם והיו שלל לעבריהם:

V. Miniſterium eſt: ſicut Deus locutus eſt per manum Prophetarum id eſt,miniſterium. מנית agitare manum, eſt:in aëre circum mouere:ſicut Leuitici ſacerdotes mouerunt oblationes in quatuor angulos coram altari:uidetur enim ad Leuiticum ſacerdotium adludere.

Perſpicuum eſt : miſſum agitare manum ſuam,nil aliud ſignificare, quàm prædicare Euangelion per Apoſtolos : quo uidelicet tanquâm inſtrumento Spiritus infunditur, qui totum hominem CHRISTO ſubijcit. His uerbis כי חנני מנית את ידי עליהם non ſolum qualitatem officij ſeu uocationis .i.uerbi miniſterium deſcribit atq́ꝫ prædicat:uerum etiam occupatione quadam cogitationem Iudæorum de regno Chriſti corporali exuit. Dum enim promittit ſe gentes omnes deducturum in deditionem Apoſtolorum ex Iudæis conuerſorum : non poteſt iſta ſubactio (de qua loquitur hic) fieri corporaliter. Hinc fieri שלל לעבריהם nil aliud eſſe puto : quàm gentes eas quæ ſpoliarunt Iudæos corporaliter ſubegeruntq́ꝫ:aduentante Chriſto per Apoſtolos cum Euangelio in totum mundum : ita Chriſto per Euangelion ſubactum iri , ergaq́ꝫ Iudæos Apoſtolos ſic affectum iri,ut plus boni reddant Apoſtolis & Eccleſiæ Chriſti propter Chriſtum:quàm Iudæis ademerunt in expugnatione Solyma odio Chriſti. Legimus in Actis & Epiſtolis Pauli de gentium obedientia & liberalitate. Proinde uerbis his והיו שלל לעבריהם effectum uerbi depingit, prædicitq́ꝫ : Gentes non ui gladij, ſed Euangelio per Spiritum ſanctum ad Chriſtum ita conuerſum iri, ut ſponte ſua dedituri ſint Apoſtolis ſeſe, & non ſolum una Eccleſia cum Iudæis credentibus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0034-0

bus futuræ, sed etiam multa in gloriam Christi facturæ quid Apostoli iusserint. VI. A signo missionis diuinæ: quam exprimunt uerba sequentia.

וידעתם כי יהוה צבאות שלחני

Vult nil aliud spiritus toto loco: quàm promissionibus locorum præcedentium impletis: Christum in toto mundo cognitum & prædicatum iri, uerum Dei filium & unicum mundi Saluatorem & Sionis regem iuxta ps.2. Obserua spiritum ideo repetere uerbum שלחני ut missum Iudæi facilius esse uerum Deum agnoscerent, nec respuerent propter humilitatem personæ formamq; agni paschalis. Adeo siquidem credere non poterant Iudæi, Christum hominem esse Deum omnipotentem: ut etiam blasphemum adpellarent, dum se filium Dei profiteretur: imò crucifigendum ob id potissimum iniquo iudici tradiderint: testibus Euangelistis. Sed Paulus non frustra uocat hoc magnum pietatis mysterium: quid enim est homini naturali difficilius creditu: quàm crucifixum à Iudæis & inter latrones suspensum esse Dei filium & unicum mundi Saluatorem: ita ut quisquis mortalium omnium non credit illum crucifixum, unicam esse remissionem peccatorum, iustitiam suam coram Deo uitamq; æternam: sit cum Diabolis & incredulis omnibus periturus æternum. Quanquàm igitur perfidi Iudæi, per crucem Christi conati sunt Dei consilium impedire: gentesq; ipsæmet inicio restiterint Apostolis, ut in Actis legitur. Attamen perrupit (ut ait Micha) perruptor: et ita nunc cum mea perpetua uoluptate prædicatur, inter omnes gentes: ut Paulus hanc Prophetiam admirans fateatur impletam 1.Ti.3. dicens. Magnum est pietatis mysterium: Deus manifestatus in carne: iustificatus in spiritu: uisus ab angelis: prædicatus gentibus: fides illi habita est in mundo. Summa: non modo prædicere uult, solem iusticiæ Christum à die resurrectionis usq; in diem iudicij tam clarè fulsurum per Euangelion in orbe terrarum uniuerso, quàm fulsit hactenus & hodie nobis fulget: sed etiam tacitè comminatur omnibus Iudæis & gentibus solem hunc obscurare conantibus (quis enim delere poterit?) tenebras in flamma stygia perennes.

Iam quis ex his omnibus non disceret: ideo Christum etiam non ad Iudæos mitti, sed ad gentes Iudæos prædantes: ut Iudæi discerent eius regnum fore non corporale? Siquidem plane contrarium fit in mundi regno, quàm quod Christus facit in suo: nempe Christus ab amicis & subditis reijcitur, & sui eum non recipiunt: nec alios habet amicos & subditos, nisi quos ex inimicis reddit amicos teste ps.45.

III. LOCVS tertius hortatione pathetica promissionem de missione Christi confirmat: eoq; Syonem (hoc est, Iudæos pauidulos & tardiusculos ad struendum, animat & inflammat: quòd res in ea per Christum gerendæ sint tales & tantæ futuræ, ut propter eas meritò non pigri ut impij, sed promti ut pij ad struendum esse debeant.

רני ושמחי בת ציון

Hortationis autem repeticio magnam habet emphasim propter causas tres grauissimas.

כי הנני בא

1. Primam exponens, dicere uult: propter meum aduentum è cœlis in urbem Solymam: refectio exædificatioq; meritò fieri debet, & celerrimè et absolutissimè. Ex quo lucet: Deum uenire hic, esse: uerbum Dei carnem fieri ad redimendum genus humanum: quod Sacharias Luc. 1. factum gloriatur.

D ושכנתי

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0035-5

ושכנתי בתוכך נאם יהוה

2. Secundam exponens: docet. Habitare Dominum in nobis esse: Dei filium in credentibus agere per Spiritum sanctum, qui cor de gratia Dei uerbo certificet. Horsum illud Le.26. Habitabo in eis. Et Io. 14. Mansionem apud eum faciemus. Quæ dicta Christi diuinitatem eiusque regnum spirituale confirmant.

Summa: uel ideo sitis animo fortissimo & promtissimo ad exædificandum: quia sum uenturus è cœlis Ierosolymam et credentes habitationem meam facturus ita, ut non sit amplius regimen corporale Iudaicum, nimirum caducum & mortale, sed spirituale perenneque, iuxta promissiones de regno Christi.

ונלוו גוים רבים אל יהוה ביום ההוא והיו לי לעם

3. Tertiam causam exprimens, docet: in hoc etiam se uenturum, ut ex Iudæis & gentibus unam faciat Ecclesiam. Quod sanè Christus Io. 10. completurus promisit, oues alias quæ non sunt de hoc ouili adducam.

Obserua trinitatis mysterium Ecclesiam unà colligentis. De patre dicitur יהוה צבאות שלחני filius dicit היו לי לעם Spiritus sanctus ait נלוו גוים אל יהוה Exemplum eius quod Ioan. 16. dicit: Spiritus sanctus non loquitur â seipso uerum quod audit loquitur.

Ergo uerbis prædictis: non solum docet, hanc esse potiorem causam aduentus sui, ut ex Iudæis & gentibus unam faciat Ecclesiam: ne uidelicet Iudæi somniarent, Christi regnum corporale futurum, quod omnes gentes subacturum esset Iudaismo. Verum etiam promittit in aduentu suo cultum Mosaicum legis coactum externumque abolitum iri, & prædicationis Euangelij liberum cultum per Spiritum sanctum in orbe terrarum uniuerso institutum iri: quod etiam Da.9. prædicitur.

ושכנתי בתוכך וידעת כי יהוה צבאות שלחני אליך

Spiritus non modo subindicat: è uocatione gentium per Apostolos facta cognitum iri potissimum Christum ad Iudæos missum uerum Deum esse, & Dei filium mundi Saluatorem in Scripturis promissum. Sed etiam ideo dicit ἐμφατικῶς tum cognoscetis quia propter inimiciciam irreconciliabilem Iudæorum & gentium penè fuit incredibile. Præsertim Iudæis superbis Christum ex Iudæis & gentibus populis inimicissimis unum Dei populum facturum. Ac sane miraculum est magnum ex populis diuersissimis unum populum conuenientissimum facere: lucet ex eo quod Apostoli dum compleretur hæc Prophetia non poterant inicio credere, Deum etiam gentium Deum esse: ita etiam ut oporteret Deum id Petro cœlitus signo persuadere, Act. 10. & Act. 15. Propter id Apostolorum celebre concilium est habitum, quo decretum est Deum etiam gentium Deum esse.

ונחל יהוה את יהודה חלקו על אדמת הקדש ובחר עוד בירושלם

τὴν παροιμίαν addit Prophetiæ de regno Christi: qua docet, tum demum Iudæos & ciues Solymos Euangelio credituros, & se præcipuam regni Christi partem futuros: non ut hactenus promissione tantum sed ipsa re: cum promissiones fuerint impletæ per aduentum Christi. ונחל possidere suam partem est: reliquias Iudæorum conuersas Christi cohæredes fieri. אדמת הקדש eadem Christi Ecclesia ex Iudæis inchoata propter gentes aduocandas: quæ Ps.2. mons Syon adpellatur sanctus. ובחר Sicut Christus Ps.2. eo consilio Patris instituitur Sionis rex ut gentium quoque Dominus fiat: ita Christus sic promittit etiam se Iudæos electurum Euangelioque conuersurum, ut per ipsos

conuersos

conuerſas gentes etiam omnes conuertuntur, quando uidelicet in omnem terram exierit ſonus eorum. Particula עור docet: credentes per Spiritum ſanctum ſe hæredes Chriſti eſſe: cum promiſsiones antedictę fuerint completę, per aduentum Chriſti propter gentes aduocandas. Omnia namq; huius Prophetiæ uerba tendunt eò ut doceant: ideo ſe ciues Solymos denuo electurum, ut per illos gentes etiam uocet, exq; Iudæis & gentibus unam Eccleſiam condat.

Verbis ergo prædictis uult docere προοιμιακῶς dum Prophetiæ de congregatione ex Iudæis & gentibus complebuntur per Chriſtum: iſq; medius in illis habitabit: tum reipſa conuerſi ex Iudeis & ciuibus Solymis erunt pars & hæreditas Chriſti in hoc, ut per eam hæreditatem mundum uniuerſum conuertat exq; Iudæis & gentibus unam Eccleſiam catholicam efficiat.

חם כל בשר מפני יהוה כי נעור ממעון קרשו :

Prophetiam de regno Chriſti claudit hortatione pathetica: & ratione hortationis ſanè graui. Quia non ſolum monet omnes idolatras & Pſeudoprophetas, ut reſipiſcant et doctorem Euangelij CHRISTVM ſolum audiant. Verum etiam prædicit Euangelio Chriſti ſonante falſam doctrinam uniuerſam abolitum iri. יהוה CHRISTVS. מעון קרשו non ſimpliciter locus, in quo habitat (complet enim omnia: teſtibus Ier. & Paulo) ſed ubi miniſterij quo ſe manifeſtat, præſentiam ſuam declarat ad ſaluandum credentes uerbo: ſicut ipſemet explicat ſe Exod. 20. dicens: *Vbi memor ero nominis mei, ibi ueniam ad te & tibi benedicam.* Et Matth. 18. *Vbi duo tresue ſunt in nomine meo congregati, ibi ſum in medio eorum.* נעור Extollere ſe: Spiritum Chriſti ſanctum ideo loqui uerbum Dei, ut credentes ſanctificentur, Horſum illud: *Vos iam eſtis mundi, propter uerbum quod auditis.* חם כל בשר מפני יהוה Omnes idolatræ & Pſeudoprophetæ: Euangelio Chriſti ſonante, non ſolum taceant & non loquantur, uerum etiam nil aliud faciant in regno Chriſti, quàm ut ſolum audiant Chriſtum eiuſq; uerbo pareant. Summa: quemadmodum mandato primo uetat omnem idolatriam: ſic mandato ſecundo falſam doctrinam: tertio uerò præcepto uult nos agere ſabbatum, id eſt, Deum ſolum in nobis agere, nos autem ſecundum eius uerbum omnia facere. Hoc nimirum exigit חם.

Quemadmodum igitur uerbis his: חם כל בשר מפני יהוה Hortatur omnes idolatras & Pſeudoprophetas in toto mundo: ut deſinant præuaricari duo mandata priora: & Domino Sabbatum agant, uerbum audiendo, & ſecundum illud uiuendo. Sic uerbis his כי נעור מניעון קרשו Rationem hortationis addit dicens: ideo omnes idolatræ & Pſeudoprophetæ mundi reſipiſcite ac deſinite mandata priora tranſgredi & Sabbatum agite Domino, credite q; Euangelio Chriſti: quia uult Deus in Chriſto idolatras & Pſeudoprophetas, non reſipiſcentes & incredulos ſecundum legis & Euangelij comminationes hic & alibi perdere. Reſipiſcentes autem & credentes omnes ſecundum legis & Euangelij promiſsiones hic & alibi beare, Summatim illo die penitus idola conterentur, ut ait Ieſaias.

ἡ παρασκευή.

Poſtquàm igitur Iudæi reduces, capitibus duobus præcedentibus ad extruendum urbem & ædem Solymam animati eſſent ita, ut dicere potuerint. Nos quidem perlibenter urbem & ædem Solymam exædificabimus: modo iuberemur, & adiuuaremur à ducibus noſtris Ioſua & Serubabele. Ecce Spiri-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0037-7

tus sanctus capitibus duobus sequentibus duo Iudæorum capita Iosuam & Serubabelem cohortatur & inflammat diuinis promißionibus ad exædificandam urbem & ædem Christo uenturo.

CAPVT TERTIVM.

וַיַּרְאֵנִי אֶת יְהוֹשֻׁעַ הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל עֹמֵד לִפְנֵי

וְאַחְזְיַנִי	יָת	יְהוֹשֻׁעַ	כָּהֲנָא	רַבָּא	קָאִים קֳדָם
καὶ ἔδειξέν μοι		Ἰησοῦν	τὸν ἱερέα	μέγαν	ἑστῶτα πρὸ προσώπου
& ostendit mihi		Iosua	sacerdotem	magnum	stantem coram
vnd mir ward gezeigt		Josua	Priester	der hohe	stehend für

מַלְאַךְ יְהוָה וְהַשָּׂטָן עֹמֵד עַל יְמִינוֹ

מַלְאֲכָא	דַיְיָ	וְחַטָּאָה	קָאִים	עַל	יַמִּינֵיהּ
ἀγγέλου	κυρίου	καὶ ὁ διάβολος	εἱστήκει	ἐκ	δεξιῶν αὐτοῦ
angelo	Domini	& Satan	stabat	ad	dextram eius
dem Engel	des Herrn	vnd Satan	stund	zu	seiner rechten

לְשִׂטְנוֹ׃ וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל הַשָּׂטָן יִגְעַר יְהוָה

לְאַסְטָנָא לֵיהּ ;	וַאֲמַר	יְיָ	לְ——	חַטָּאָה	יִגְעַר	יְיָ
ἀντικεῖσθαι αὐτῷ.	καὶ εἶπεν	κύριος	πρὸς	τὸν διάβολον	ἐπιτιμήσαι	κύριος
ut aduersaretur illi.	& dixit	Dominus	ad	Satanam	increpet	Dominus
das er jm widerstünde	vnd sprach	der Herr	zum	Satan	schelte	der Herr

בְּךָ הַשָּׂטָן וְיִגְעַר יְהוָה בְּךָ הַבֹּחֵר

בָּךְ	חַטָּאָה	וְיִגְעַר	יְיָ	בָּךְ	דְאִתְרְעִי
ἐν σοί	διάβολε	καὶ ἐπιτιμήσαι	κύριος	ἐν σοί	ὁ ἐκλεξάμενος
te	Satan	& increpet	Dominus	te	qui delegit
dich	Satan	vnd er schelte	der Herr	dich	der erwelet hat

בִּירוּשָׁלַם הֲלוֹא זֶה אוּד מֻצָּל מֵאֵשׁ׃

בִּירוּשְׁלֵם	הֲלָא	דֵין	אוּד	מְשֵׁיזֵב	מִיקְדָא ;
τὴν Ἱερουσαλήμ	οὐχὶ	οὗτος	δαλὸς	ἐξεσπασμένος	ἐκ πυρός;
Hierusalem	Num	hic est	torris	erutus	ex igne?
Hierusalem	ist nicht	dieser	ein brand	erredtet	aussm fewr?

וִיהוֹשֻׁעַ הָיָה לָבֻשׁ בְּגָדִים צוֹאִים וְעֹמֵד

וִיהוֹשֻׁעַ	הֲוָה	אַלְבַּשׁ	לְבוּשָׁא	צוֹאָתָא	וְקָאִים
καὶ Ἰησοῦς	ἦν	ἐνδεδυμένος	ἱμάτια	ῥυπαρὰ	καὶ εἱστήκει
& Iosua	erat	indutus	uestibus	sordidis	& stabat
vnd Josua	hatte	angezogen	Kleider	vnreine	vnd stund

לִפְנֵי הַמַּלְאָךְ׃ וַיַּעַן וַיֹּאמֶר אֶל הָעֹמְדִים

קֳדָם	מַלְאֲכָא ;	וַאֲתֵיב	וַאֲמַר	עַל	לְדִמְשַׁמְּשִׁין
πρὸ προσώπου	τοῦ ἀγγέλου	καὶ ἀπεκρίθη	καὶ εἶπε	πρὸς	τοὺς ἑστηκότας
coram	angelo	& respondit	dixitque	ad	stantes
für	dem Engel	vnd er antwort	vnd sprach	zu	den die stunden

לפניו

לְפָנָיו לֵאמֹר הָסִירוּ הַבְּגָדִים הַצֹּאִים מֵעָלָיו

קֳדָמוֹהִי	לְמֵימַר	יַפִּיק	לְבוּשִׁין	דְּגַאֲרָא	מִנֵּיהּ
πρὸ προσώπου αὐτοῦ	λέγων	ἀφέλετε	τὰ ἱμάτια	τὰ ῥυπαρὰ	ἀπ' αὐτοῦ
ante sese	*dicens*	*auferte*	*uestes*	*sordidas*	*ab eo*
für jm	sprechend	thut	Kleider	die vnreine	von jm

וַיֹּאמֶר אֵלָיו רְאֵה הֶעֱבַרְתִּי מֵעָלֶיךָ עֲוֹנֶךָ

וַאֲמַר	לְוָת	חֲזֵי	דְּאַעְדִּיתִי	מִנָּךְ	חוֹבָךְ
καὶ εἶπεν	πρὸς αὐτόν	ἰδοὺ	ἀφήρηκα	ἀπὸ σοῦ	τὰς ἀδικίας σου
& ait	*ad illum*	*Ecce*	*abstuli*	*abs te*	*iniquitatem tuam*
vnd sprach	zu jm	Sihe	ich hab genomen	von dir	deine sünd

וְהַלְבֵּשׁ אֹתְךָ מַחֲלָצוֹת׃ וָאֹמַר יָשִׂימוּ צָנִיף

וְאַלְבֵּישִׁית	יָתָךְ	זִכְוָן ;	וַאֲמָרִית	שַׁוּוֹ	מִצְנֶפְתָּא
καὶ ἐνδύσατε	αὐτόν	ποδήρη.	καὶ εἶπεν	ἐπίθετε	κίδαριν
& indue	*te*	*(mutatis)*	*Et inquit*	*ponite*	*tiaram*
vnd hab anzogen	dich	mit feier Kleidern	Vnd er sprach	setzt	ein hut

טָהוֹר עַל רֹאשׁוֹ וַיָּשִׂימוּ הַצָּנִיף הַטָּהוֹר עַל

דַּכְיָא	עַל	רֵישֵׁיהּ	וְשַׁוִּיאוּ	מִצְנֶפְתָּא	דַּכְיָא	עַל
καθαρὰν	ἐπὶ	κεφαλὴν αὐτοῦ	καὶ περιέθηκαν	κίδαριν	καθαρὰν	ἐπὶ
mundam	*super*	*caput eius*	*& posuere*	*tiaram*	*mundam*	*super*
reinen	auff	sein heupt	vnd sie satzten	hut	ein reinen	auff

רֹאשׁוֹ וַיַּלְבִּשֻׁהוּ בְּגָדִים וּמַלְאַךְ יְהוָה עֹמֵד׃

רֵישֵׁיהּ	אַלְבִּישׁוּהִי	לְבוּשִׁין	וּמַלְאֲכָא	דַּיְיָ	קָאֵים ;
τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ	καὶ περιέβαλον αὐτὸν	ἱμάτια	καὶ ἄγγελος	κυρίου	εἱστήκει.
caput eius	*& induerunt eum*	*uestibus*	*Et angelus*	*Domini*	*stabat.*
sein heupt	vnd zogen jn an	Kleider	vnd der Engel	des Herrn	stund da.

וַיָּעַד מַלְאַךְ יְהוָה בִּיהוֹשֻׁעַ לֵאמֹר׃ כֹּה אָמַר

וְאַסְהִיד	מַלְאֲכָא	דַּיְיָ	בִּיהוֹשֻׁעַ	לְמֵימַר ;	כִּדְנַן	אֲמַר
καὶ διεμαρτύρατο	ὁ ἄγγελος	κυρίου	πρὸς Ἰησοῦν	λέγων.	τάδε	λέγει
& contestatus est	*angelus*	*Domini*	*Iosuam*	*dicens.*	*Sic*	*dixit*
vnd er bezeugt	der Engel	des Herrn	Josua	sprechend.	So	spricht

יְהוָה צְבָאוֹת אִם בִּדְרָכַי תֵּלֵךְ וְאִם אֶת

ייי	צְבָאוֹת	אִם	בְּאוֹרְחָן	דְּתַקְנָן	וְאִם	יָת
κύριος	παντοκράτωρ	ἐὰν	ἐν ταῖς ὁδοῖς μου	πορεύσῃ	καὶ ἐὰν	
Dominus	*exercituum*	*si*	*in uijs meis*	*ambulabis*	*& si*	
der Herr	Zebaoth	so	vnd so du wandeln wirst in meinen wegen			

מִשְׁמַרְתִּי תִשְׁמֹר וְגַם אַתָּה תָּדִין בֵּיתִי

מַטְּרַת מֵימְרִי	תִּטַּר	וְאַתְּ	אַתְּ	תְּדִין	בְּבֵית מַקְדְּשִׁי
τὰ προστάγματά μου	φυλάξῃς	καί γε	σὺ	διακρινεῖς	τὸν οἶκόν μου
cæremonias meas	*obseruaueris*	*quoq;*	*tu*	*iudicabis*	*domum meam*
meiner hut	du wirst warten	so auch	du	solt richten	Mein haus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0039-1

וְגַם תִּשְׁמֹר חֲצֵרָי וְנָתַתִּי לְךָ מַהְלְכִים

וְאַף	תִּטַּר	יַת עֲזָרָתִי	וְאֶתֵּן	לָךְ	מַהְלְכָן
καὶ ἐὰν	διαφυλάξῃς	τὴν αὐλήν μου	καὶ δώσω	σοι	ἀναστρεφομένους
Etiam	*custodies*	*atrium meum*	*Et dabo*	*tibi*	*transitus*
vnd auch	du solt bewaren	meinen hoff	Vnd ich wil geben	dir	die wandeln sollen

בֵּין הָעֹמְדִים הָאֵלֶּה : שְׁמַע נָא יְהוֹשֻׁעַ

בֵּין	סָרְפַיָּא	הָאִילֵין :	שְׁמַע	כְּעַן	יְהוֹשֻׁעַ
ἀναμέσον	τῶν ἑστηκότων	τούτων.	ἄκουε	δὴ	Ἰησοῦ
inter	*adstantes*	*hosce.*	*Audi*	*nunc*	*Iosua*
vnter	die stehen hie	denen.	Höre	nu	Josua

הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל אַתָּה וְרֵעֶיךָ הַיֹּשְׁבִים לְפָנֶיךָ

כַּהֲנָא	רַבָּא	אַתְּ	וְחַבְרָךְ	דְּיָתְבִין	קֳדָמָךְ
ὦ ἱερεῦ	μέγα	σὺ	καὶ οἱ πλησίον σου	καθήμενοι	πρὸ προσώπου σου
sacerdos	*magne*	*tu*	*& amici tui*	*degentes*	*coram te*
Priester	du hoher	du	vnd deine freunde	die wonen	für dir

כִּי אַנְשֵׁי מוֹפֵת הֵמָּה כִּי הִנְנִי מֵבִיא

אֲרֵי	גַּבְרִין	אָתָא	אִינוּן	אֲרֵי	הָא אֲנָא	מַיְתֵי
διότι	ἄνδρες	τερατοσκόποι	εἰσιν	διότι	ἰδοὺ ἐγὼ	ἄγω
Nam	*uiri*	*portentosi*	*sunt*	*Nam*	*ecce ego*	*adducam*
Denn	(eitel)	wunder	sie sind	Denn	Sihe ich	ich wil komen lassen

אֶת עַבְדִּי צֶמַח : כִּי הִנֵּה הָאֶבֶן אֲשֶׁר

יַת	עַבְדִּי	מְשִׁיחָא :	אֲרֵי	הָא	אַבְנָא	דִּי
τὸν	δοῦλόν μου	ἀνατολήν.	διότι	ἰδοὺ	ὁ λίθος	ὃν
	seruum meum	*Orientem.*	*nam*	*Ecce*	*lapis*	*quem*
	meinen knecht	Zemah.	Denn	Sihe	der stein	den

נָתַתִּי לִפְנֵי יְהוֹשֻׁעַ עַל אֶבֶן אַחַת שִׁבְעָה

יְהָבִית	קֳדָם	יְהוֹשֻׁעַ	עַל	אַבְנָא	חֲדָא	שִׁבְעָא
ἔδωκα	πρὸ προσώπου	Ἰησοῦ	ἐπὶ	τὸν λίθον	τὸν ἕνα	ἑπτὰ
dedi	*coram*	*Iosua*	*super*	*lapide*	*uno*	*septem*
ich hab gelegt	für	Josua	auff	stein	einem	sieben

עֵינָיִם הִנְנִי מְפַתֵּחַ פִּתֻּחָהּ נְאֻם יְהוָה

חָזְיָן לַהּ	הָא אֲנָא	גָּלֵי	חֶזְוְיָתָהָא	אֲמַר	יְיָ
ὀφθαλμοί εἰσιν	ἰδοὺ ἐγὼ	ὀρύσσω	βόθρον	λέγει	κύριος
oculi sunt	*Ecce ego*	*cælabo*	*sculpturam illam*	*inquit*	*Dominus*
augen	Sihe ich	wil aushawen	wil jn aushawen	spricht	der Herr

צְבָאוֹת וּמַשְׁתִּי אֶת עֲוֹן הָאָרֶץ הַהִיא

צְבָאוֹת	וְאַעְדֵּי	יַת	חוֹב	אַרְעָא	הַהִיא
παντοκράτωρ	καὶ ψηλαφήσω	τὴν	ἀδικίαν	τῆς γῆς	ἐκείνης
exercituum	*auferam*		*iniquitatem*	*terræ*	*illius*
Zebaoth	vnd ich wil wegnemen		die sünd	des Lands	desselben

ביום

בַּיּוֹם אֶחָד׃ בַּיּוֹם הַהוּא נְאֻם יְהוָה צ e

יְיָ	אֲמַר	הַהִיא	בְּעִידָנָא	חַד׃	בְּיוֹמָא
κύριος	λέγει	ἐκείνῃ	ἐν ἡμέρᾳ	μιᾷ	ἐν ἡμέρᾳ
Dominus	*dicit*	*illa*	*in die*	*una.*	*in die*
der Herr	spricht	selben	zur zeit	einem.	auff tag

צְבָאוֹת תִּקְרְאוּ אִישׁ לְרֵעֵהוּ אֶל־תַּחַת e

לְ——תְּחוֹת	לְחַבְרֵיהּ	גְּבַר	תְּעַרְעוּן	צְבָאוֹת
ὑποκάτω	τὸν πλησίον αὐτοῦ	ἕκαστος	συγκαλέσεται	παντοκράτωρ
subter	*proximum suum*	*quilibet*	*inuitabunt*	*exercituum*
vnter	den andern	iglicher	werden laden	Zebaoth

גֶּפֶן וְאֶל תַּחַת תְּאֵנָה׃ e

פֵּירֵי תֵינוּתֵיהּ׃	וְלִ——תְּחוֹת		פֵּירֵי גוּפְנוֹהִי
συκῆς.	κάτω	καὶ ὑπὸ	ἀμπέλου
ficum.	*subter*	*&*	*uitem*
den Feigenbawm.	vnter	vnd	den Weinstock

OCcasio concionis huius Euangelicæ fuit hæc. Satan contristabat Iosuam bifariam: Primum, accusatione peccatorum, cum Iosuæ tum populi: Dein, humilitate & contemtu status sacerdotalis, illi præscripti à Deo minimè respondentis. Per hanc cogitationem tentationis ita Iosua contristabatur, ut ad exædificationem urbis & ædis penitus oblanguesceret. Itaq; Sachariæ spiritus, hac concione, causas omnes tristiciæ perturbationisq; conatur amoliri bifariam: primum increpatione Satanæ bifida: Dein consolatione Iosuæ quadrupla. Diuidamus caput in locos tres.

I. PRIMVS LOCVS exponit occasionem huius Prophetiæ expressam his uerbis : ויראני את יהשע id est, tentationem Iosuæ, qua differentia regnorum Christi & Antichristi graphicè depingitur.

הכהן הגרול עמד לפני מלאך יהוה

Describitur officium sacerdotale personæ Iosuæ.

מלאך יהוה idem hic qui cap. 2. שלחני dixit, & Io. 5. Pater misit me, nempe IESVS CHRISTVS, ideo dictus Mal. 3. angelus testamenti, quod in mundum uenturus esset, ut & impleret & prædicaret omnes Dei promissiones.

הכהן הגרול Est minister angeli Domini uocatus in hoc : ut secundum legem Mosi Leuiticam, non modo Christum adnunciet uenturum, instar Mosi dicentis, Prophetam suscitabit tibi Deus: sed etiam ut sacrificet, adeoq; uictimas esse passionis Christi figuras doceat, ut agnum Ex. 12. Porrò sacerdotem magnum Christi figuram esse nedum ministrum, testatur Epist. Heb. Sed nos hic de officio tantum sacerdotali loquimur : quod efficitur uerbo.

עמד Stare namq; coram angelo Domini, significat: agere sacerdotis officium. Horsum Psal. 134. Laudate Dominum qui statis in domo Domini. Metaphora sumta à militibus qui stantes aduersus hostem pugnant. Sicut & Nehemiæ 4. Ierosolymam ædificantes stabant armati struebantq;. Sic Prophetæ & sacerdotes CHRISTI semper in bello stare coguntur aduersus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0041-8

eos qui uerbo contradicunt: inſtar Habacuc dicenti, Sto in cuſtodia mea ut audiam quid contra me dicatur. Vult ergo uerbis prædictis: non ſolum docere, Ioſuæ cum perſonam tum ſacerdotium Deo placuiſſe, recteque Ioſuam munus ſuum obiiſſe: uerum etiam ſignificare, eos qui ſtant coram angelo domini ſacerdotes, oportere uigilantes eſſe paratoſque ſemper ad docendum pios, & refutandum contra dicentes: ut Paulus etiam docet in Epiſtolis ad Tit. & Timoth.

חשטן עמד על ימינו לשטנו

Depingit Antichriſti regnum: ſeu miniſterium diaboli Pſeudopropheticum. שטן idem hic, qui 2. Theſſ. 2. ἀντικείμενος aduerſarius: à שטן quod ſignificat inimicum eſſe: dictus חשטן quòd odio capitali diſſideat à Chriſto: ſemperque ubi ſerit Chriſtus bonum ſemen, interſerat zizania. Hinc artificioſè Propheta uocabulum עמד cum Ioſuæ tum Satanæ pariter adaptat: ſignificans, quàm fideliter Ioſua ſuum munus obeat, tam hoſtiliter illi Satanam reſiſtere per ora maledica. Et Lucæ 2. Chriſtus ideo dicitur ſignum cui contra dicitur: quia Satan nunquam tacet, Chriſto loquente ſemperq; oribus Chriſtum prædicantibus inuidens cogitat αἰσχρὸν εἶναι σιωπᾶν χριστοῦ λαλοῦντος. Cur autem inquit Satanam על ימינו ſtare? Etſi diabolum à dextris ſtare, ſit: diabolum per ora maledica, uerbi miniſterio (quod ſolum eſt dextrum in mundo) reſiſtere: tandemq; opprimere, ut Pſ. 109. diabolus à dextris Iudæ ſtetit. Quia tamen Sacharias non ſimpliciter ait על ימינו: ſed addit לשטנו dicamus Prophetam uelle: diabolum quidem conatum perſonam & miniſterium Ioſuæ per ora maledica ſe perterrefacere exanimareq́;, ut curam omnem exædificandi urbem & ædem penitus abiiceret deſperaretq́;: ſed adeò id non potuiſſe, ut non potuit Nehemiani per ora falſa Semanæ & aliorum à propoſito ſtructuræ deterrere. Porro accuſatione peccati & contemtu ſacerdotii, per ora mendacia diabolum Ioſuæ reſtitiſſe, id eſt, reddere deſperabundum eſt ceſſantem omnino conatum eſſe: lucebit è Dei uerbis infra dictis: En tibi peccata remiſi, ueſtibuſq; nouis indui te. Proinde uerbis prædictis: non ſolum docere uult, diabolum fruſtra conatum eſſe Ioſuam ab exædificando deterrere, ſed etiam deſcribere ſimul Antichriſti regnum ita, ut doceat, ſemper eo loco ubi Chriſtus per Euangeliſtas ſuos templum Deo ſtruit, diabolum etiam ſacellum per ſuos Pſeudoprophetas adſtruere, imo uult in templo Dei ſupra Chriſtum ſedere, teſte 2. Theſſ: 2.

En tibi, Spiritus ſanctus hoc ſatanæ conſilium ideo Sachariæ reuelat (dicit enim ויראני) ut conciones inſtituat aduerſus ora Ioſuam calumniantia & Ioſuam ſuoſq; promiſsionibus mirifice conſoletur, inflammetque ad exædificationem.

ויאמר יהוה על חשטן

Audiamus ſermonem legalem contra Satanam: & concionem Euangelicam pro Ieroſolyma & Ioſua, è quibus diſcamus, cur nomen יהוה ter repetatur: quid ſit dominum increpare Satanam, cur propter Solymam & Ioſuam ſatan increpetur.

יהוה Nominis Dei Trini & unius repetitione trina, ſine dubio Trinitatis ſanctæ myſterium ita ſignificatur: ut in Ioanne Chriſtus ait, ſpiritum ſanctum eſſe de uerbo Patris, quod ipſe doceat ſumturum. Vt ergo Pſ: 45. Deus Spiritus ſanctus de Deo Patre ad Deum filium infit: Deus Deus tuus unxit te oleo lætitiæ: ſic etiam hoc loco Deus Pater quaſi iubet deum filium, ut per deum

Spiritum

Spiritum ſanctum increpet ſatanam. יגער Eſt autem increpare ſatanam: non tantum reprehendere ſono comminationum & damnare (ſiquidem reſpicit in diras quibus ſatan Gen. 3. deuotus eſt) ſed etiam increpatione facere, ut ſatan per ſuos Ioſuæ nocere poſthac nequeat. Verbis igitur prædictis: Zacharias cum numine tum nomine ſanctæ Trinitatis: non ſolum increpat ora diaboli cuncta Ioſuæ reſiſtentia: ſed etiam increpando efficit, ut nil amplius contra Ioſuam maledicendo poſsint: nimirum diuinis comminationibus deterriti. Hæc de ſermone contra ſatanam legali: nunc de cauſa increpationis bifida.

הבחר בירושלם

Rationem primam increpationis ac ſermonis contra ſatanam reddit: docetq;, omnes eos à Deo probari, qui Ioſuæ conſilium de exædificatione urbis & ædis probant adiuuantq;.

הלוא זה אוד מוצל מאש

Rationem increpationis alteram addendo: non ſolum grauiter obiurgat ſatanam, quòd ex urbe cremata, ne titionem quidem supereſſe uelit, ſed etiam docet ἐμφατικῶς Ioſuam magna Dei gratia liberatum ex captiuitate Babylonica ſeruatumq; reducem, ut eo magis ſtudeat urbem extrui, quò uehementius inferorum portæ conentur hoc impedire. Metaphora titionis, ſignificat, Deum ex reliquijs Iudæorum Eccleſiam Chriſti inſtauraturum: ut aiebat Eſaias, Ni dominus reliquiſſet ſemen. Proinde ſicut his uerbis ויאמר יהוה אל השטן Sacharias omnia Satanæ & ſuorum conſilia dicta facta contra Ieroſolymam & Ioſuam, tanquàm legis tranſgreſsiones accuſat publicitus, eademq; ſecundum legis comminationes damnat: ita ut reſiſtere deſinant. Ita uerbis his: הבחר בירושלם הלוא Hypotypoſi emphatica ſeu mauis erotemate pathetico Zacharias cuncta ciuium Solymorum & Ioſuæ conſilia dicta facta pro Ieroſolyma et æde ſtruendis Chriſto uenturo probat & ea ſucceſſura promittit, diuiniſq; promiſsionibus confirmat.

ויהושע היה לבוש בגדים צאים

Tentatio Ioſuæ deſcribitur conſolatioq;.

בגדים Veſtes ſacerdotales: quæ tam mundæ pulchræq; eſſe debebant: quàm Exod. 28. ueſtes Aharoniæ depictæ ſunt. צאים id eſt, non tales quales Dei uerbum præſcribit, Signficant autem בגדים צאים conſcientiam malam quæ coram Deo lætari nequit, eſſeq; certa quòd opus eius Deo placeat. Significatur ergo: Ioſuam ideo perturbata conſcientia fuiſſe, putaſſeq; miniſterium Deo ſuum diſplicere: quia dignitatem ſacerdotalem uideret adeo depreſſam per Babylonios humi iacere, ut uix unquam caput erectura uideretur. Quid autem ſentit de Ioſua conturbato Zacharias? ita: ועמד לפני המלאך id eſt, ſacerdotium Ioſuæ à Deo fuit, Deoq; placuit. Sequitnr ergo triſtitiam conſolatio.

ויען ויאמר אל העמדים לפניו לאמר

Summa concionis Dei per Zachariam factæ, eſt: Deum uelle, ut omnes deſinant uilipendere Ioſuæ ſacerdotium: & incipiant tandem ſacerdotalem adiuuare dignitatem: uidelicet in ueſtibus ſacerdotalibus legitimè comparandis & utendis: adeoq; urbe & templo exædificandis. Cum ergo

הסירו הבגדים הצאים מעליו

Velle namq; Deum, ut Zacharias pauidæ Ioſuæ conſcientiæ uidelicet perturbatæ a Satana peccatorum accuſatione: remiſsionem peccatorum adnunciet,

ciet, eumq́ de gratia Dei certificet: luceat è uerbis Dei sequentibus, quibus formam concionandi remissionem peccatorum Zachariæ præscribit.

ויאמר אליו ראה העברתי מעליך עונך והלבש אתך מחלצות

Sicut ergo בגדים צאים significant malam conscientiam, quam facit satan accusatione peccatorum. Quas dum exui uult Deus Iosuæ: uult illi remissionem peccatotum adnunciari per Christum. Ita מחלצות significant bonam conscientiam quam facit Euangelij prædicatio, cuius fides sola uincit diaboli tentationem, & Deum in cœlis reconciliat.

Ecce autem huic promissioni uelut signum quoddam addit, dicens:

ויאמר ישימו צניף טהור על ראשו וישימו הצניף טהור על ראשו וילבשו בגדים

Vult impositione tyaræ mundæ super caput Iosuæ uestiumq́ induitione: non solum tanquàm externo signo confirmare promissionem de remissione peccatorum: uerum etiam Iosuam Christi sacerdotis uenturi, quasi figuram ordinare. Proinde uerbis his ומלאך ייי עמד omnibus prædictis uerbis, quasi factis à Deo in carnem uenturo fidem adstruit: uultq́ Iosuam spiritus cum uerbo tum signo consolari publicitus & pluribus uerbis: ut uel ideo forti esset animo ad exædificandum, quia certum esset, Deum omnia remisisse peccata, quibus satan illum contristarat, & sacerdotium Iosuæ Deo ualde placere.

II. LOCVS SECVNDVS habet concionem legalem: qua concionatur angelus Iosuæ de officio sacerdotum: promittitq́ ei duplex premium, si fideliter id obeat, secundum uerbum Dei.

ויעד מלאך יהוה ביהושע לאמר

ויעד Contestari, est: concionari & promittere.

כה אמר ייי צבאות אם בדרכי תלך ואם את משמרתי תשמר

אם Condicionalis indicat: promissionem legalem, eatenus seruatum iri, quatenus lex seruatur.

דרכי Verbum & opus Dei. Ambulare in uijs Dei: cogitare dicere facere secundum uerbum: ut Psal. 119. Lucerna pedibus meis uerbum tuum.

משמרתי Custodiam obseruare: uerbi ministerio seu episcopatui fideliter secundum uerbum Dei præesse. Vt Habacuc in custodia sua stabat, et diligenter præfuit Ecclesiæ. Quomodo custodia sit obseruanda: lege 1. Tit. 3. En labor: quod premium? sequitur:

וגם אתה תדין ביתי וגם תשמר חצרי ונתתי לך מהלכים בין העמדים האלה:

Domum Dei iudicare eiusq́ atria custodire, est: pastorem animarum & Episcopum esse, qui conscientias uerbo Dei spirituq́ regat fidelissime: sicut & Paulus requirit in dispensatore fidem 1. Cor. 4.

מהלכים והעמדים per eos qui Iosuæ conuersari debent intelligo: Deum angelos illi bonosq́ uiros adiungere uelle, qui iuuent Dei uoluntatem exequi. Sicut Heb. 1. uocantur angeli spiritus administratorij. Et Paulus comministros uocat cooperatores. Vocabula simul indicant defensionem contra Diabolum & mundum: ut uocationem obire queas liberrimè, sicut Ps. 34. Circumuallat angelus Domini timentes eum liberatq́.

Verbis ergo prædictis: magna duo præmia fidelitatis sacerdotalis Iosuę promittit: uidelicet. Non solum dignitatem sacerdotalem instituendi Ierosolymæ regimen spirituale duraturum usq́ ad Christi aduentum. Sed etiam patrocinium angelorum in officio sacerdotali cunctorumq́ sanctorum potenter

adiuuan-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0044-5

adiuuantium & templum exædificare, & in templo Dei uoluntatem iuxta legem exequi dum uiuit. O miseros uerbi doctores: nisi Christus principes è cœlis mittat, qui protegant illos aduersus omnia diaboli membra. Quod ad nos pertinet: Discamus Deum Christum Ecclesiam suam nosq; hodie per angelos suos haud aliter regere & custodire: quàm Iosuam hunc rexit contraq; hostes omnes defendit: gratiasq; agamus immortales.

III. LOCVS TERTIVS habet Prophetiam de regno Christi: quam nos simpliciter in membra diuidamus scripturisq; explicemus.

שמע נא יהושע הכהן הגדול אתה ורעיך היושבים לפניך

I. Ad quem propriè Dei promissiones spectent. Verbo שמע subindicat: sine fide promissionum de Christo auditarum & creditarum, nec sanctum nec saluum euadere quenquàm posse, testis est climax Paulina Rom.10. Quod addit ורעיך docet: promissiones de Christo uniuersales esse, Christumq; ad omnes ex æquo spectare, teste ipsomet Io.3. Sunt autem amici de quibus ait רעיך Auditores Iosuæ seu fautores doctrinæ Iosuæ: ideo uocati amici, quia credunt ijsdem promissionibus de Christo, quibus Iosua credidit: perq; fidem eandem ac solum coram Deo iustificantem, habent eandem in cœlis partem quam habet Iosua: Docetq; simul, amiciciam nullam inter mortales ueram ac perennem esse, præter amiciciam Christianorum ex unitate fidei concordiaq; doctrinæ manantem: quamobrem Ps. 68. reges exercituum inter se futuros amicos prophetat. Et Galatæ Paulo docente (si possibile fuisset) oculos effossos dedissent. Verbis his היושבים לפניך indicat: amicos Iosuæ libenter eius conciones audijsse, in fide Christi uenturi more Iosuæ uixisse, omnia quæ potuerunt urbi temploq; bona fecisse, instar Iosuæ, Propter Christum uenturum. Sicut & Paulus Col.3. docet omnia in nomine Christi facere. Cur autem ait:

כי אנשי מופת המה

Vocat Iosuæ fautores: seu Christianos à fide Christi nomen habentes: ideo מופת portenta: quia mundus ob incredulitatem perditus auersatur illos quasi portenta, qui non solum unicam iusticiam coram Deo ualentem, & salutem æternam in solo Christo credito & confesso querunt: uerum etiam omnia propter illum relinquere, uitam deniq; profundere audent, sicut Epistola ad Hebræos de martiribus testatur.

Porro sicut יהושע Christi figura: ita לפניך היושבים Christianorum figuræ, Ac sicut Leuiticum Iosuæ sacerdotium, Christi sacerdotij figura est: ita cultus Iudæorum Leuiticus omnis cultus Christianorum Euangelici typus est, Quicquid in ueteri testamento gestum est: noui testamenti cultum præfigurat: & in Christo completur ac finitur: iuxta illud 1.Cor.10. Omnia per figuram illis contigerunt: Lex est noster pædagogus ad Christum.

כי הנני מביא את עבדי צמח

II. De promissione Christi: cur autem Christus seruus Dei צמח uocatur? עבד ideo dicitur Christus homo: quia Deo seruiuit in terris, uidelicet nos docendo redimendoq; ita: ut Deus ipsemet per os Christi nos docuerit, & propter mortem eius peccata nobis condonauerit. Testis Paulus est 2.Cor.5.

צמח Crescens ideo uocatur: quia resurgens ex mortuis, creuit ad iustam altitudinem, tanquàm surculus è terra ascendens. Non enim tantum ipsemet creuit in cœlum ascendendo, & ad dextram patris omnipotentis sedendo. Ve-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0045-1

rum etiam fuso Spiritu sancto de cœlis super Apostolos facit Ecclesiam Dei catholicam letissimè crescere per Euangelion in orbe terrarum usque in diem extremum: quo uelut primum incipiens crescere spectabitur ab hominum genere uniuerso è sepulchris resuscitato: Dabitque omnibus credentibus uitam æternam adeo quidem breuem clarificatis nostris corporibus uisam, ut mille sint anni tanquam dies heri præterita futuri: sed adeo dulcem, ut cœlestis lætitiæ similem nunquam uel cor hominis senserit, uel oculus hominis uiderit.

מביא Mittere talem Mesiam: qualem promissiones, figuræ, uisiones, de Christo credendum & confitendum mortalibus omnibus proponunt.

Valde mihi placet Ionathas Chaldæus, uerba Sachariæ, reddens ita: הא אנא מייתי ית עבדי משיחא Ecce ego adducam seruum meum Mesiam. Duo nos uult docere spiritus hac promissione. Primum uocabulum עבד Christum docturum in mundo, propterque doctrinam passurum in salutem credentium omnium secundum promissiones omnes de Christi passione. Dein uocabulo צמח Christum resurrecturum & glorificandum, iuxta promissiones omnes de glorificatione. Prophetias enim omnes de passione & glorificatione duntaxat uaticinari, testatur 1. Pet. 1. nedum Christus Lucæ 24. dicens: Oportuit pati Christum & in gloriam suam ingredi. Quod confirmat etiam Paulus Phil. 2.

כי הנה האבן אשר נתתי לפני יהושע על אבן אחת שבעה עינים

III. Cur Christus lapis in quo septem oculi? Ideo lapis: quia templi spiritualis, id est Ecclesiæ, lapis est fundamentalis: testibus Esaia 28. & Paulo Eph. 2. אבן אחת adpellatur: quia nemo potest aliud Ecclesiæ fundamentum iacere, teste Paulo 1. Cor. 3. Nec aliud est nomen datum hominibus salutiferum Act: 4. Vnus est Mediator Dei & hominum IESVS 1. Ti: 2. Eius autem שבעה עינים qui? Omnes in Christum credentes: ideo dictos oculos, quia cernunt in Dei uerbo de Christó suam æternam salutem, ita ut nulla re possint certificari, Deum omnia peccata condonaturnm, gratisque uitam æternam daturum, quam in Dei & Christi promissione sonante: peccatorum tuorum non recordabor: qui credit mihi uitam habet æternam: Tales oculos Christus uocat beatos Lucæ octauo. שבעה Heb. phrasi multos significat, uidelicet omnes qui fide cordis cernunt in promissionibus diuinis, quid boni Deus credentibus in Christum sit facturus, hic & alibi. Hinc nimirum Prophetæ uidentes adpellantur: & promissiones de Christo uisiones. Quisquis enim non uidet se per solam fidem in Christum creditum & confessum, iuxta promissiones: remissionem peccatorum habere, salutemque æternam consecuturum: is non modo cæcus est dicendus, sed etiam ipsamet tenebra. Lapidem hunc לפני יהושע poni, est: Dei uerbum Christum Iosuæ proponi credendum & confitendum ita, ut hac promissione completa Iosua credat Christum in carnem uentutum: & sacerdotio suo perpetuo temporale Iosuæ sacerdotium ablaturum. Omnes patres nedum Iosua, de petra qui sequebatur eos Christo biberunt.

הנני מפתח פתחה נאם יהוה צבאות ומשתי את עון הארץ ההיא ביום אחד

IIII. Per crucem glorificandum: & mundum Christi passione redimendum. מפתח Heb: exculpi lapidem, intelligo: Christum hominem per mortem & resurrectionem glorificandum, sicut ipsemet testatur Lucæ 24.

Metapho-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0046-7

Metaphora sumta ab eo quòd sicut lapis rudis exculpitur adq; ædificandum perpolitur: ita Christus peccatis nostris deformatus, in hoc reprobatur ab ædificantibus, ut fiat lapis angularis Ps. 118.

ומשתי את עון auferre iniquitatem terræ die uno: quid est aliud, quàm agnum Dei Christum eo die quo dixit, Consummatum est, estq; mortuus: tollere peccata mundi ita: ut omnes credentes huic promissioni de remissione pecatorum æterna per Christum parata mortuum & resuscitatum: iustus sit coram Deo, uitamq; habeat æternam: testibus Esa: 53. & Io. 3.

ביום ההוא נאם יהוה צבאות תקראו איש לרעהו

V. Christi regnum pacificum esse.

יום tempus noui testamenti & regni Christi תקראו per fidem & charitatem in regno Christi, credentes habebunt tantam cum Deo & hominibus pacem, ut quilibet (propter ingentia Dei beneficia per Christum sibi exhibita) sponte sit proximo benefacturus, eius infirmitatem laturus: iuxta illud, Exemplum do uobis.

Non modo prædicit: id se facturum quod Act: 2. Petrus impletum confitetur inquiens: Consilio destinato traditus est in manus impiorum, & resuscitatus ex mortuis. Quo nimirum modo aboleuit sacrificium Leuiticum, Christi sacrificij in cruce faciendi typum. Sed etiam fructum exponit duplicem Christi passionis & glorificationis: nempe, liberationem à legis maledicto, & benedictionem Abrahæ promissam: adeoq; Spiritum sanctum qui corda pacificat, ita per fidem & charitatem, ut cum Deo & hominibus pacem habeamus.

CAPVT QVARTVM.

וַיָּשָׁב	הַמַּלְאָךְ	הַדֹּבֵר	בִּי	וַיְעִירֵנִי	כְּאִישׁ
וְתָב	מַלְאָכָא	דְמְמַלִיל	עִמִי	וְאַעִירְנִי	כְּגַבְרָא
καὶ ἐπέστρεψεν	ὁ ἄγγελος	ὁ λαλῶν	ἐν ἐμοὶ	καὶ ἐξήγειρέ με	ὡς ἄνθρωπον
& reuersus est	angelus	qui loquebatur	mecum	& excitauit me	ceu uirum
vnd kam wider	der Engel	der reder	mit mir	vnd weckt mich auff	wie einer

אֲשֶׁר	יֵעוֹר	מִשְּׁנָתוֹ :	וַיֹּאמֶר	אֵלַי	מָה
דִי	מִתְּעַר	מִשֵׁינְתֵיהּ :	וַאֲמַר	לִי	מָה
ὅταν	ἐξεγερθῇ	ἐξ ὕπνου αὐτοῦ.	καὶ εἶπε	πρός με	τί
qui	excitatur	è somno suo.	Et ait	ad me	ecquid
der	erweckt wird	von seinem schlaff.	vnd sprach	zu mir	was

אַתָּה	רֹאֶה	וָאֹמַר	רָאִיתִי	וְהִנֵּה	מְנוֹרַת
אַתְּ	חָזֵי	וַאֲמָרִית	חֲזֵיתִי	וְהָא	מְנַרְתָּא
σὺ	βλέπεις	καὶ εἶπα	ἑώρακα	καὶ ἰδοὺ	λυχνία
tu	uides	& aio	uideo	& ecce	candelabrum
du	sihest	vnd sprach	ich sehe	vnd sihe	ein leuchter

זָהָב כֻּלָּהּ וְגֻלָּה עַל רֹאשָׁהּ וְשִׁבְעָה

וְשִׁבְעָא	רֵישַׁהּ	עַל	וְגוּלְתַהּ	כֻּלַּהּ	דִדְהַבָא
καὶ ἑπτὰ	κεφαλῶν αὐτῆς	ἐπὶ	καὶ τὸ λαμπάδιον αὐτ	ὅλη	χρυσῆ
& septem	sumitate eius	in	& lenticula	totum	aureum
vnd sieben	oben	auff	vnd ein reiff	gantz	gülden

נֵרֹתֶיהָ עָלֶיהָ שִׁבְעָה וְשִׁבְעָה מוּצָקוֹת

דִמְרִיקִין	וְשִׁבְעָא	שִׁבְעָא	דַעֲלַהּ	בּוֹצִינָהָא
ἐπαρυστρίδες	καὶ ἑπτὰ	ἑπτὰ	ἐπάνω αὐτῆς	λύχνοι αὐτῆς
infusoria	& septem	septem	super illam	lucernæ eius
Kellen	vnd sieben	sieben	darauff	lampen

לַנֵּרוֹת אֲשֶׁר עַל רֹאשָׁהּ׃ וּשְׁנַיִם זֵיתִים

זֵיתִין	וְתַרְתֵּין	רֵישַׁהּ׃	עַל	דִּי	לְבוֹצִינַיָא
ἐλαῖαι	καὶ δύο	κεφαλῶν αὐτῆς.	ἐπὶ	τοῖς	τοῖς λύχνοις
oliuæ	& duæ	(superne)	erant	quæ	lucernis
Ölbewme	vnd zwen	darauff	waren	die	zun lampen

עָלֶיהָ אֶחָד מִימִין הַגֻּלָּה וְאֶחָד עַל

עַל	וְחַד	גוּלְתַהּ	מִימִינַהּ	חַד	דַעֲלַהּ
ἐκ	καὶ μία	τοῦ λαμπαδίου	ἐκ δεξιῶν	μία	ἐπάνω αὐτῆς
à	& una	lenticulæ	à dextris	una	super illud
zur	vnd einer	des reiffs	zur rechten	einen	dabey

שְׂמֹאלָהּ׃ וָאַעַן וָאֹמַר אֶל הַמַּלְאָךְ הַדֹּבֵר

דְּמַלֵּיל	מַלְאֲכָא	לְ—	וַאֲמָרִית	וַאֲתִיבִית	סְמָלַהּ׃
τὸν λαλοῦντα	ἄγγελον	πρὸς	καὶ εἶπα	καὶ ἐπηρώτησα	εὐωνύμων.
loquentem	angelum	ad	& dixi	tum respondi	sinistris
der redet	Engel	zu	vnd sprach	vnd ich antwortet	lincken

בִּי לֵאמֹר מָה אֵלֶּה אֲדֹנִי׃ וַיַּעַן הַמַּלְאָךְ

מַלְאֲכָא	וַאֲתִיב	רִבּוֹנִי׃	אִלֵּין	מָא	לְמֵימַר	עִמִּי
ὁ ἄγγελος	καὶ ἀπεκρίθη	κύριε.	ταῦτα	τί ἐστι	λέγων	ἐν ἐμοὶ
angelus	Et respondit	Domine mi?	hæc	quid	dicens	mecum
der Engel	vnd antwortet	mein Herre	das	was	sprechend	mit mir

הַדֹּבֵר בִּי וַיֹּאמֶר אֵלַי הֲלוֹא יָדַעְתָּ

יְדַעְתָּא	הֲלָא	לִי	וַאֲמַר	עִמִּי	דְּמַלֵּיל
γινώσκεις	οὐχὶ	πρός με	καὶ εἶπε	ἐν ἐμοὶ	ὁ λαλῶν
scis	nonne	ad me	& dixit	mecum	loquens
weistu	nicht	zu mir	vnd sprach	mit mir	der redet

מָה הֵמָּה אֵלֶּה וָאֹמַר לֹא אֲדֹנִי׃

רִבּוֹנִי׃	לָא	וַאֲמָרִית	אִלֵּין	אִינוּן	מָן
κύριε.	οὐχί	καὶ εἶπα	ταῦτα	ἐστι	τί
Domine.	non	& dixi	hæc	sint	ecquid
mein Herr.	nein	vnd ich sprach	diese	sind	was

ויען

ויען ויאמר אלי לאמר זה דבר י

פתגמא	דין	למימר	לי	ואמר	ואתיב
ὁ λόγος	οὗτος	λέγων	πρός με	καὶ εἶπε	καὶ ἀπεκρίθη
uerbum	*hoc*	*dicens*	*ad me*	*& inquit*	*& respondit*
das Wort	dis ist	sprechend	zu mir	vnd sprach	vnd antwort

יהוה אל זרבבל לאמר לא בחיל ולא

ולא	בחיל	לא	למימר	זרבבל	עם	דייי
καὶ οὐκ	ἐν δυνάμει	οὐκ	λέγων	Ζοροβάβελ	πρὸς	κυρίου
neq;	*per exercitum*	*non*	*dicens*	*Zorobabelem*	*ad*	*Domini*
noch	durch heer	nicht	sprechend	Zorobabel	zu	des Herrn

בכח כי־אם ברוחי אמר יהוה צבאות׃

צבאות ׃	ייי	אמר	במימרי	אלהן	בגבורא
παντοκράτωρ.	κύριος	λέγει	ἐν πνεύματί μου	ἀλλὰ	ἐν ἰσχύϊ
exercituum.	*Dominus*	*ait*	*per spiritum meum*	*sed*	*per uim*
Zebaoth.	der Herr	spricht	durch meinen Geist	sondern	durch krafft

מי אתה הר הגדול לפני זרבבל

זרבבל	קדם	רברביא	טורא	את	מן
Ζοροβάβελ	πρὸ προσώπου	μέγα	τὸ ὄρος	σὺ	τίς εἶ
Zorobabele	*coram*	*magne*	*mons*	*tute*	*quis*
Zorobabel	der ist für	grosser	berg	du	wer bist

למישר והוציא את האבן הראשה

מלכותא	אבנא	ית	ויגלי	הלא במישרא
τὸν πρῶτον	λίθον	τὸν	καὶ ἐξοίσω	τοῦ κατορθῶσαι
primarium	*lapidem*		*& proferet*	*instar planiciei*
den ersten	den stein		vnd er wird auffüren	wie eine ebene

תשאות חן חן לה׃ ויהי דבר יהוה

מן קדם ייי	פתגם	והוה	ליה ׃	חסדא	חסדא	וגרשין
κυρίου	ὁ λόγος	καὶ ἐγένετο	αὐτῆ.	χάρις	χάρις	ἰσότητα
Domini	*uerbum*	*& factum est*	*(sit)*	*(faustum)*	*(felix)*	*adclamantibus*
des Herrn	Wort	vnd es geschach	zu	glück	glück	das man ruffen wird

אלי לאמר ידי זרבבל יסדו הבית הזה

הדין	ביתא	שריאה למבני	זרבבל	ידי	למימר	עמי
τοῦτον	τὸν οἶκον	ἐθεμελίωσαν	Ζοροβάβελ	αἱ χεῖρες	λέγων	πρός με
hanc	*ædem*	*fundauere*	*Zorobabel*	*manus*	*dicens*	*ad me*
dis	haus	haben gegründet	Zorobabel	die hende	sprechend	zu mir

וידיו תבצענה וידעת כי יהוה צבאות

צבאות	ייי	ארי	ותידע	ושכללוניה	וידוהי
Ζεβαώθ	κύριος	διότι	καὶ ἐπιγνώσῃ	ἐπιτελέσουσιν	καὶ χεῖρες αὐτοῦ
exercituum	*Dominus*	*quod*	*& cognoscetis*	*perficient eam*	*& manus eius*
Zebaoth	der Herr	das	das jr erfaret	sollens vollenden	vnd seine hende

שלחני

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0049-7

שלחני אליכם כי מי בז ליום קטנות

שלחני	לאיתנבאה לכון	ארי	מן	דבסר	יומא דין	זעיר
ἀπέσταλκέ με	πρὸς ὑμᾶς	διότι	τίς	ἐξουδένωσεν	εἰς ἡμέρας	μικρὰς
misit me	ad uos	nam	quis	despicit	dies hoste	paruos
hat mich gesand	zu euch	denn	wer	veracht	diese tage	geringe

ושמחו וראו את האבן הבדיל ביד

ויחדון	יחזון	ית	אבן	משקולתא	בידא
καὶ χαρίσονται	καὶ ὄψονται	τὸν	λίθον	κασσιτήριον	ἐν χειρὶ
letabuntur enim	& uidebunt		lapidem	stanneum	in manu
da man sich doch (frewen wird	vnd werden sehen	das	mas	zinen	in der hand

זרבבל שבעה אלה עיני יהוה המה

דזרבבל	שבעת	אילין	עינין	דייי	הינון
Ζοροβάβελ	ἑπτὰ	οὗτοι	ὀφθαλμοὶ	κυρίου	εἰσιν
Zerobabel	septem	hi	oculi	Domini	sunt
Zorobabel	sieben	diese	augen	des Herrn	sind

משוטטים בכל הארץ ואען ואמר אליו

שוטין	בכל	ארעא	ואתיבית	ואמרית	ליה
ἐπιβλέποντες	ἐπὶ πᾶσαν	γῆν	καὶ ἀπεκρίθην	καὶ εἶπα	πρὸς αὐτὸν
lustrantes	uniuersam	terram	& respondi	& dixi	ad eum
die durchziehen	das gantz	Land	vnd ich antwortet	vnd sprach	zu jm

מה שני הזיתים האלה על ימין

מה	תרין	זיתיא	האילין	על	ימי
τί	δύο	ἐλαῖαι	αὗται	ἐκ	δεξιῶν
ecquid	duæ	oliuæ	hæ	ad	dextram
was sind	die zween	Olebewme	diese	zur	rechten

המנורה ועל שמאולה ואען שנית

מנרתא	ועל	סמלא	ואתיבית	תניינות
τῆς λυχνίας	καὶ ἐξ	εὐωνύμων	καὶ ἐπηρώτησα	ἐκ δευτέρου
candelabri	adq;	sinistram	& respondi	secundo
des leuchters	vnd zur	lincken	vnd ich antwort	zum andern mal

ואמר אליו מה שתי שבלי הזיתים

ואמרית	ליה	מה	תרין	שובלי	זיתיא
καὶ εἶπον	πρὸς αὐτὸν	τί	δύο	κλάδοι	τῶν ἐλαιῶν
& dixi	ad eum	quid	bini	spicæ	oliuarum
[vnd sprach	zu jm	was sind	die zween	zweige	der Olbewme

אשר ביד שני צנתרות הזהב המריקים

די	ביד	תרין	אסקרטון	דדהב	דמריקין
οἱ	ἐν χειρὶ	τῶν δύο	μυξωτήρων	τῶν χρυσῶν	καθαρεύοντων
quæ	(iuxta)	duo	rostra	aurea	exonerantia
welche	bey den	zwoen	schnentzen	gülden	die ausleren

מֵעֲלֵיהֶם הַזָּהָב וַיֹּאמֶר אֵלַי לֵאמֹר

לְמֵימַר	לִי	וַאֲמַר	דַהֲבָא	מִנְּהוֹן
λέγων	πρός με	καὶ εἶπε	τὸν χρυσεῖον	ἐπάνω αὐτῶν
dicens	*ad me*	*& inquit*	*aurum*	*à se*
sprechend	zu mir	vnd er sagt	das gold	von oben herab

הֲלוֹא יָדַעְתָּ מָה אֵלֶּה וָאֹמַר לֹא אֲדֹנִי׃

רִיבּוֹנִי׃	לָא	וַאֲמָרִית	אִילֵין	מָן	יְדַעְתָּא	הֲלָא
κύριε.	οὐκ	καὶ εἶπα	ταῦτα	τί	οἶδας	οὐκ
Domine.	*non*	*& aio*	*hæc*	*ecquid*	*ſcis*	*num*
Herr.	nein	vnd ich ſprach	dieſe ſind	was	weiſtu	nicht

וַיֹּאמֶר אֵלֶּה שְׁנֵי בְנֵי הַיִּצְהָר הָעֹמְדִים

דְקָיְימִין	דְבַרְבְּיָא	בְּנֵי	תְּרֵין	אִילֵין	וַאֲמַר
παρεστήκασι	πιότητος	υἱοὶ	δύο	οὗτοι	καὶ εἶπε
ſtantes	*olei*	*filij*	*duo*	*iſti ſunt*	*Tum dixit*
die ſtehen	öle	kinder	die zwey	Es ſind	Vnd er ſprach

עַל אֲדוֹן כָּל הָאָרֶץ׃

אַרְעָא׃	כָּל	רִיבּוֹן	קֳדָם
τῆς γῆς.	πάσης	κυρίου	διὰ
terræ.	*uniuerſæ*	*dominatorem*	*iuxta*
Lands.	des gantzen	herſcher	beim

CAPITE quarto Prophetia ſeu uiſio, ad Serubabelem principem Iudæorum potiſsimum facta eſt: cuius occaſio fuit, triplex animi perturbatio. Quam Sacharias his uerbis explicat: non per exercitum nec uim, quis es tu mons ingens? ecquis dies hos exiguos deſpicit? Dolebat nimirum Serubabel uires Iudæorum nimis exiguas eſſe: potentiam autem Perſarum magnam: uulgi deniq; ſermone contriſtabatur, ob anguſtiam temporis exædificationem confieri non poſſe gannientis. Quoniam igitur per hanc triplicem animi perturbationem exædificatio templi præpediebatur: Sacharias organum ſpiritus ſancti, cum uerbo tum ſigno, principem Iudæorum conſolatur, adq; templum exædificandum inflammat. Verbum eſt triplex hæc promiſsio: per Spiritum meum: mons erit ut planicies: extruet Serubabel primum lapidem acclamantibus felix & fauſtum ſit. Signum eſt: candelabrum binis olearibus folijs conſpicuum. Diuidamus caput in conciones quatuor.

DE PRIMA CONCIONE.

PRima concione Sacharias uiſione candelabri & duarum oliuarum conſolatur Serubabelem principem, ob impedimentum ſtructuræ templi ſemper à Perſis & populis finitimis impendens, adeò triſtem, ut: dum uires Iudaicas cum aduerſantium potentia conferret, quaſi deſperabundus indormiret. Non eſt dubium principis triſticiam ita Sachariam perturbaſſe, uidentem per eam templi ſtructuram impeditum iri diutius: ut ipſe quoq; præ mœrore uelut indormierit. Inuocant uerò Deum Prophetæ: per angelum oſtenditur uiſum

ſum de candelabro biniſq; oliuis in hoc, ut non ſolum ipſemet reſpiret, uerum etiam concione de candelabro aureo duabusq; oliuis Serubabelem exhilaret triſtem, omnemq; ei merorem ex animo eximat.

וישב המלאך הדבר בי ויעירני

Occaſionem huius capitis ſeu uiſionis explicans Sacharias, indicat: ſe quidem propter Serubabelem triſtem adeo contriſtatum fuiſſe, ut prę merore cum illo uelut indormierit: attamen per angelum ſe rurſum animatum eſſe uiſo de candelabro biniſq; oliuis, tam læto, ut omnis ex animo triſtitia euanuerit.

ואמר ראיתי והנה מנורת זהב כלה וגלה על ראשה

Viſio Sachariæ lætifica deſcribitur in hoc: ut ea ceu ſigno conſoletur Serubabelem triſtem: promittatq; Dei uerbum ac ſpiritum cum Serubabele futurum poſthac ita: ut nulla potentia mundi ſit extruentem impeditura.

ALLEGORIA CANDELABRI DVARVMQVE Oliuarum.

מנורת Significat miniſterium Propheticum in Eccleſia per ſpiritum ſanctum lucens. כלה זהב id eſt, nil habens admixtum luti, ſignificat: miniſterium Propheticum totum uerbo Dei conſtare, nec ullis traditionibus humanis commiſceri.

גלה על ראשה ſignificat: Dei uerbum, cumprimis Euangelion de Chriſto fulgens illud per fidem in cordibus triſtibus, perq; confeſsionem in oribus lætis: ut ob id Baptiſta uocatus eſt ardens lucerna Io.5. שבעה נרות dona ſpiritus illa quidem uaria: tamen unum Dei uerbum ſpirantia, ſtructuræq; unius Eccleſiæ propter CHRISTVM uenturum ſeruientia, repreſentant. שבעה ושבעה מוצקות לנרות bis ſeptem Lucernarum infundibula ſignificant: Prophetas illos diuerſis ſpiritus donis præfulgentes in hoc, ut alijs tanquàm Dei uerbum infundant loquendo, uerbumq; ex illis alij diſcant. Ideo bis ſepten ait, ut ſignificet: huic populo nunquàm defuturos Prophetas, qui uerbum Dei potenter ſpirent, quoad Chriſtus Prophetarum implementum aduenter.

שבעה זיתים Significare Serubabelem & Ioſuam: & cur: infra dicemus. Hæc de uiſo ceu ſigno: qno triſtem Serubabelem conſolatur: Promittitq; Dei uerbi ſpirituſq; auxilio ſtructuram templi ſucceſſuram. Quam ſententiam Eſra ſexto confirmat dicens: Per Hagei & Sachariæ Prophetias ſtructuram templi ſucceſsiſſe. Nunc de uerbo addito ſigno.

DE SECVNDA CONCIONE.

SEcunda Prophetæ concio eſt prioris explicatio: ſiquidem addit ſigno uerbum, quo ſententia prioris concionis ita confirmatur: ut Serubabel ob penuriam opis humanæ, & potentiam finitimarum gentium, de ſtructuræ perfectione, quaſi ſpem omnem reijciens, certificetur, affore Deum uiuentem & omnipotentem uerbo ac ſpiritu ſecum ita: ut nullo ſit opus exercitu contra Perſas, ſineq; ullo Perſarum impedimento ſit templum exædificaturus Chriſto uenturo.

ואען ואמר אל המלאך הדבר בי לאמר מה אלה אדני ויען המלאך

Lucet ex his Sachariæ & angeli colloquio: Sachariam petijsse uisionis supradictæ intellectum à Deo: obiurgatum ab angelo, quod nesciret significationem candelabri, cuius ipse pars esset: Didicisse ex angelo candelabrum significare uerbi ministerium: quia dicit: hoc est Domini uerbum ad Serubabelem, q. d. Quemadmodum Serubabel cum suis lampade lucernis infundibulis inter duas oliuas adparet, ita Deus uerbo spirituq; suo erit cum & in populo hoc, præcipuè uero cum te & Iosua per oliuas significatos: ut tandem urbs templumq; exædificentur sine Persarum formidolosorum & reliquarum gentium finitimarum impedimento. Proinde non ideo diffide Serubabel: quia nullum uides humani præsidij lumen, nec ideo uelut in tenebris desperationis indormias: quia magna Persarum & populorum aduersantium potentia est: sed quia tecum esse uult Dei spiritus: expergiscere, uerbum Dei ceu solem orientem sequere: conde perfice templum Christo uenturo.

Diuidamus angeli concionem ad Sachariam, & per Sachariam ad Serubabelem, hoc est, uisionis explicationem in tres locos: habet enim antithesin seu reiectionem: apostrophen & obiurgationem: promissionem seu confirmationem.

לא בחיל ולא בכח כי אם ברוחי

Hac antithesi seu reiectione cogitatio Serubabelis metusq; inanis repudiatur: & ratio melior, per quam ædificatio cepta perfici queat ostenditur. Cogitarat Serubabel: opus exercitu fore, si Persicum impedimentum structuræ sit arcendum. Quam Deus cogitationem humanam uerbis prædictis refutat לא בחיל ולא בכח docere uolens: neq; propter hoc templum neq; propter aliam rem bellum esse gerundum, Melior autem ratio structuram ceptam perficiendi, uerbis his exprimitur כי אם ברוחי Docere uolens, non solum hanc structuram, sed etiam omnem rem ceptam non posse, nisi Dei uoluntate perfici: quod Ps.33. confirmat, dicens, Quicquid dicit fit.

Verbis ergo prædictis: allegoriam & significationem candelabri oliuarumq; supradictam exponere confirmareq; uult ac dicere. O Serubabel: per exercitum non exædificabis templum: Habes uerbum meum à spiritu meo per Hageum & Sachariam factum ad te & Iosuam: huic credite: quia secundum hoc credentes uos animabo: curaboq; ædificaturis pacem in omnibus terris ita: ut non solum Persarum aut gentium finitimarum nemo sit exædificationem impediturus: sed etiam ut aduersarij sint uos adiuturi. Quod Dei uerbum pulchre completum est Esræ sexto: Dum spiritus Dei pacis auxilijq; tantum procurauit ad exædificandum: ut etiam Thatmus & Starbosneus aduersarij Iudæorum magni: quam impedire conarentur exædificationem, mandato regis Darij cogerentur adiuuare ita ut sine aduersariorum manu templum absolui uix potuisset.

מי אתה הר הגדול לפני זרובבל למישר

Apostrophe obiurgatoria. הר הגדול est regnum Persicum: ideo sic dictum, quod esset Monarchia secunda Da.2. quodq; sibi metueret ab illo Serubabel. למישר fieri ante Serubabelem, est: Per Dei spiritum, non modo Serubabelem tam animosum fieri sermonibus Prophetarum: ut neutiquam ab exædificando metu potentiæ regis Persarum deterreatur: uerum etiam regem Persarum ipsum tam propicium Serubabeli futurum, ut exædificationem sit

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0053-5

promoturus ſeuerisſimo edicto maximoq; auxilio: quod profecto contigit per Darium Esra ſexto teſte. Vt ergo Serubabel uirgam Perſicam, qua patres erant cæſi metuere deſineret: ecce tibi Deus uerbis prædictis, in conſpectu Serubabelis per Sachariam non aliter obiurgat Perſicum regnum: quàm tertio capite ſatanam obiurgauit coram Ioſua: promittitq; Serubabeli poſthac regnum Perſicum non terribile, ſed iucundum adpariturum, tamq; ſalutiferum, ut totus mundus ſit admiraturus: quòd ex ingenti monte facere planiciem queat, hoc eſt, ex inimicis magnis tantos reddere amicos: ut rex Perſarum Serubabelis amicus factus eſt in coædificando templum Chriſto uenturo.

והוציא את האבן הראשה

Promittit Serubabelem templi ſtructuram perfecturum felicisſimè: imò promisſionem ante factam omnem confirmat adeo difficulter à ſanctis etiam magiſtratib. fit in mundo, quicquid ad rem diuinam pertinet: ut niſi Deus mittat ad Serubabelem aliquem Zachariam quem miretur, audiatq; nil ſit facturus, quod ad ſalutem Eccleſiæ pertineat. Quot obſecro concionibus fuit opus, ut pius Serubabel à diuo Sacharia ad templi ſtructuram animaretur. Quid ergo mirum: ſi tyranni quos posſidet Diabolus totos: non ſolum Eccleſiæ nil faciant boni, ſed etiam crudeliter omnes benefacientes perſequantur? והוציא Extruere primum lapidem, eſt: ſuper fundamentum ante iactum, ſed imperfectum & impeditum, ſtruere templumq; feliciter exedificare. תשאות חן חן Acclamare felix & fauſtum ſit, eſt: architecto ædificioq; bene precari, adplaudere, ceptum opus perfici cupere.

DE TERTIA CONCIONE.

Terttia Sachariæ concio facta eſt ad Serubabelem: triſtem & dubium propter ſermones uulgi, male de ſtructura templi cepta loquentis, imposſibileq; fore putantis ceptum opus iri perfectum. Diuidamus concionem in tres locos: habet enim promisſionem, obiurgationem, confirmationem.

ויהי דבר יהוה אלי לאמר

Præfatur ita: ne quis exiſtimaret hanc concionem non eſſe uerum Dei uerbum.

ידי זרבבל יסדו הבית הזה וידיו תבצענה

Promisſio: qua recipit Deus ſe templi ſtructuram per eum qui iecit fundamentum Serubabelem perfecturum. Quando iecerit fundamentum templi Serubabel: Esræ tertio lege. Quomodo ſtructura ſuper fundamentnm impedita ſit: Eſræ quarto lege. Quando rurſum cepta ſit ſtructura per Hagæi & Zachariæ Prophetiam ad Ioſuam & Serubabelem: Eſræ quinto lege. Quando domus Dei per Serubabelem abſoluta ſit: Eſræ ſexto lege. Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides. Ergo dicit:

וידעת כי יהוה צבאות שלחני אליכם

Indicat: ſe quidem à multis argui mendacij: propter magnitudinem aduerſantium exædificationi templi. Sed ideo tamen ſe non ringi moueriq; obtrectationibus deriſorum: quòd ſat norit, haud ante creditum iri uerbo Dei quod dicat, quàm ſit ædificatio templi perfecta.

כי מי בז ליום קטנות

Ob-

Obiurgatio: qua Deus per Zachariam increpat derisores ædificationis incredulos: scilicet imposibile putantes structuram templi ceptam iri perfectum: nedum illos taxat qui flerant (Esræ tertio) dum cernerent ædem Dei posteriorem, haud ita magnificam, ut priorem fore. יום קטנות Vocat exiguos dies, ab exiguo tardoq; successu, uarijsq; ædificationis impedimentis: nimirum quia tempus erat tam malum & infelix ædificandi: ut Zacharias octauo dicit: ante hoc tempus nec hominum nec iumentorum ullum fuit operæ precium nec ulla pax. בז contemnere, indicat: Derisores, non solum templi structuram contemnere, propter ædificationi resistentum potentiam, sed etiam uerbum Dei per Zachariam ad Serubabelem factum irrisisse. Quemadmodum igitur octauo Zachariæ Deus Zachariæ derisores obiurgat inquiens: quod reliquijs huius populi diebus hisce uidetur imposibile: coram me scilicet esset imposibile Dominus exercituum inquit? Ita uerbis etiam prædictis hic: obiurgat ora maledica Serubabelem perturbantia, sed aduersantes Iudæis struentibus gentes respicientia: dicens. Ecqui uos derisores estis, ut uerbum meum omnipotens per Zachariam dictum: propter exiguum & tardum ædificationis successum audeatis contemnere? & non modo perturbatis Serubabelem in quo uertitur ædificationis cardo, quod dici solet: uerum etiam retardatis ædificationem uestris oribus maledicis.

ושמחו וראו את האבן הבדיל ביד זרבבל שבעו אלה עיני יהוה המה
משוטטים בכל הארץ

Confirmatio promisionis supra factæ de structura per Serubabelem absoluenda. האבן הבדיל lapidem stanneum uocat amussim: puto regulam qua fabri architectiq; ad dirigenda ligna & saxa utuntur. Videre lapidem stanneum in manu Serubabelis significat: Serubabelem ædificio templi præfuturum idq; perfecturum. At per quem? per septem oculos terram uniuersam perlustrantes. Qui sunt illi? Dei spiritus cum donis & angelis suis: in hoc pacem omnibus finitimis terris faciens: ut Serubabel Christo uenturo templum exædificare tranquille posit: nec opus sit armis exercituq; ad opus Dei perficiendum. Verbis ergo prædictis: illud gaudium Esræ sexto, quod in templi perfecti dedicatione futurum erat prædicit: uultq; docere. Eorum ora maledica, qui nunc tam male de structura loquuntur, & Serubabelem perturbant tum obturabuntur cum uiderint templum auxilio spiritus & angelorum perfectum, magno piorum gaudio dedicari: quinimò derisores tum fateri subigentur, imposibilem exædificationem templi fuisse: ni Dei oculus & spiritus amussim in manu Serubabelis direxisset, opusq; absoluisset.

DE QVARTA CONCIONE.

QVarta concio seu colloquium Zachariæ rogantis & angeli respondentis exponit: quid oliuæ duæ ad dextram & sinistram candelabri significent.

ואען ואמר אליו מה שני הזתים האלה על ימין ועל שמאולה

Interrogatio Zachariæ: supplicatio, pro uisionis reuelatione שני הזתים & שתי שבלי הזתים & שני בני היצהר Hebræis idem sonant, id est, Serubabelem principem Iudæorum: & Iosuam pontificem magnum: significant. Oliuis comparantur propter donorum cum spiritualium tum corporalium quasi pinguedinem: ob quam causam & Dauid Psl. 52. Comparatur oliuæ uiridicatæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0055-6

tæ. Duas oliuas ad dextram & ſiniſtram candelabri: quid aliud ſignificare putem, quam Serubabelem & Ioſuam miniſterio ſpiritus Prophetico tam opulente decoratos, ut nec in aduerſis nec in ſecundis rebus ab ædificatione templi in quod Chriſtus uenturus ceſſare queant.

ואען שנית ואמר אליו מה שתי שבלי הזתים

Pergit interrogare: nec ego rear שתי שבלי הזתים iuxta nares aureolas, quibus aurum ſuperne purgatur aliud ſignificare: quàm Ioſuam & Serubabelem, duobus Prophetis Hageo Zachariaq; ceu doctrinæ per aurum ſignificatæ repurgatoribus ſtipatos eſſe.

ויאמר אלי לאמר הלוא ידעת מה אלה ואמר לא אדני : ויאמר אלה שני בני היצהר העמדים על אדון כל הארץ :

Reſponſio angeli cum reprehenſionem iuſtitiæ tum exauditionem ſupplicationis adeoq; reuelationem uiſionis ſubindicat. Ex omnibus ergo uerbis colloquij Zachariæ cogitantis, & angeli reſpondentis perdiſcamus: uiſiones à Deo ſpiritu ſancto petentibus monſtratas: non niſi petentibus & quidem reprehenſis à Deo ſpiritu ſancto reuelari.

Nec ego filios duos oleares ſtantes coram dominatore uniuerſæ terræ dixerim alios eſſe, quàm Ioſuam & Serubabelem: qui propter ædificationem templi curæ ſunt Deo Chriſto. Qui propter eam ipſam cauſam à Zacharia אדון כל הארץ uocatur: ob quam Pſ. 8. dominator dicitur, cuius nomen illuſtre eſt in uniuerſa terra propter Euangelium quo dominatur. Proinde ſicut his epithetis שני הזתים & שתי שבלי הזתים & שני בני היצהר Ioſua Serubabelq; à trini Dei magnis donis ad populi regimen templiq; ſtructuram neceſſarijs denominantur atq; prædicantur. Ita uerbis his: Ad dextram & ſiniſtram candelabri, iuxta nares aureolas, quibus ſuperne purgatur aurum ſtantes coram Domino uniuerſæ terræ: Dona ipſa deſcribuntur, nempe uerbum ac ſpiritus Dei miniſterium: per quod regimen ædificatioq; ſucceſsit in gloriam Chriſti uenturi.

CAPVT QVINTVM.

וָאָשׁוּב וָאֶשָּׂא עֵינַי וָאֶרְאֶה וְהִנֵּה מְגִלָּה

מְגִלַּת	וְהָא	וַחֲזֵית	עֵינַי	וּזְקָפִית	וּתְבִית
βιβλίον	καὶ ἰδού	καὶ εἶδον	ὀφθαλμούς μου	καὶ ἦρα	καὶ ἐπέστρεψα
uolumen	*& ecce*	*& uidi*	*oculos meos*	*& leuaui*	*& uerti me*
—buch	vnd ſihe	vnd ſahe	meine augen	vnd hub auff	vnd ich wand mich

עָפָה וַיֹּאמֶר אֵלַי מָה אַתָּה רֹאֶה וָאֹמַר

וַאֲמָרִית	חָזֵי	אַתְּ	מָא	לִי	וַאֲמַר	פָּרְחָא
καὶ εἶπον	βλέπεις	σύ	τί	πρός με	καὶ εἶπε	πετόμενον
& inquam	*uides*	*tu*	*quid*	*ad me*	*& inquit*	*uolatile*
vnd ich ſprach	ſiheſt	du	was	zu mir	vnd er ſprach	ein fliegend

אֲנִי רֹאֶה מְגִלָּה עָפָה אָרְכָּה עֶשְׂרִים

עַשְׂרִין	אוּרְכַּהּ	פָּרְחָא	מְגִלַּת	חָזֵי	אֲנָא
εἴκοσι	μῆκος αὐτοῦ	πετόμενον	βιβλίον	ὁρῶ	ἐγώ
uiginti	*cuius longitudo*	*uolans*	*uolumen*	*uideo*	*ego*
zweintzig	ſeine lenge iſt	ein fliegend———	buch	ſehe	ich

באמה

בָּאַמָּה וְרָחְבָּהּ עֶשֶׂר בָּאַמָּה׃ וַיֹּאמֶר אֵלַי

אַמִּין וּפוּתְיַהּ עֲשַׂר אַמִּין׃ וַאֲמַר לִי

πρός με καὶ εἶπε πηχῶν. δέκα καὶ πλάτος αὐτοῦ πηχῶν

ad me & dixit cubitorum. decem & latitudo eius cubitum

zu mir vnd er sprach elle. zehen vnd seine breite ist elle

זֹאת הָאָלָה הַיּוֹצֵאת עַל פְּנֵי כָל הָאָרֶץ

דָא מוֹמָתָא נָפְקַת עַל אַפֵּי כָל אַרְעָא

γῆς πάσης πρόσωπον ἐπὶ ἡ ἐκπορευομένη ἡ ἀρὰ αὕτη

terræ uniuersæ faciem super egrediens maledictio hæc est

Erdbiden des gantzen angesicht auffs der ausgehet der fluch dis ist

כִּי כָל הַגֹּנֵב מִזֶּה כָּמוֹהָ נִקָּה וְכָל

אֲרֵי כָל דְגָנִיב מִדָּא בְּמָא לְקֵי וְכָל

καὶ πᾶς ἐκδικηθήσεται ἐκ τούτου ὡσαύτως ὁ κλέπτης πᾶς διότι

& quisquis absoluitur ab eo sicut ipsum est qui furatur omnis nam

vnd alle werden from gesprochen (nach diesem brieue) diebe alle Denn

הַנִּשְׁבָּע מִזֶּה כָּמוֹהָ נִקָּה׃ הוֹצֵאתִיהָ

דְקַיֵּים בִּשְׁמִי מִדָּא לְשַׁקָּר לָקֵי׃ אַפִּיקְתַּהּ

ἐξοίσω αὐτό ἐκδικηθήσεται. ὡσαύτως ἐκ τούτου ἐπομνύων

producam illum absoluitur. sicut ipsum est ab eo peierat

ich wils erfür bringen wird für from geacht (desgleichen) nach jm meineidige

נְאֻם יְהוָה צְבָאוֹת וּבָאָה אֶל בֵּית הַגַּנָּב

אֲמַר יְיָ צְבָאוֹת וְתֵיעוֹל לְ——בֵית גַּנָּבָא

τοῦ κλέπτου οἶκον εἰς καὶ εἰσελεύσονται παντοκράτωρ κύριος λέγει

furis domum ad & ueniet exercituum Dominus dicit

des Diebs haus zu vnd es sol komen Zebaoth der Herr spricht

וְאֶל בֵּית הַנִּשְׁבָּע בִּשְׁמִי לַשָּׁקֶר וְלָנָה

וּלְ——בֵית וּמְקַיֵּים בִּשְׁמִי לְשַׁקָּר וְתֵבִית

καὶ καταλύσαι ἐπὶ ψευδεῖ τῷ ὀνόματί μου τοῦ ὀμνύοντος οἶκον καὶ εἰς

& morabitur falso per nomen meum iurantis domum adq;

vnd sol bleiben felschlich bey meinem namen denen die schweren haus vnd zum

בְּתוֹךְ בֵּיתוֹ וְכִלַּתּוּ וְאֶת עֵצָיו וְאֶת

בְּגוֹ בֵּיתֵיהּ וּתְשֵׁיצִינֵּיהּ וְיָת אָעוֹהִי וְיָת

καὶ ξύλα αὐτοῦ καὶ καὶ συντελέσει αὐτὸ οἶκον αὐτοῦ ἐν μέσῳ

& ligna eius & & consumet eam domo eius in

vnd jr holtz vnd vnd es sol verzehren jrem haus an

אֲבָנָיו׃ וַיֵּצֵא הַמַּלְאָךְ הַדֹּבֵר בִּי וַיֹּאמֶר

אַבְנוֹהִי וּנְפַק מַלְאֲכָא דְמְמַלֵּיל עִמִּי וַאֲמַר

καὶ εἶπε ἐν ἐμοί ὁ λαλῶν ὁ ἄγγελος καὶ ἐξῆλθεν λίθους αὐτοῦ

& dixit mecum loquens angelus egressusq; est lapides eius

vnd sprach mit mir der redet der Engel vnd gieng eraus jre steine

אלי

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0057-8

אלי שא נא עיניך וראה מה היוצאת

לי	זקום	כען	עינך	וחזי	מאן	דנפקן
πρός με	ἀνάβλεψον	νῦν	ὀφθαλμούς σου	καὶ ἴδε	τό	ἐκπορευόμενον
ad me	Leua	nunc	oculos tuos	& uide	quid &	quod egreditur
zu mir	heb auff	Nu	deine augen	vnd sihe	was	gehet eraus

הזאת : ואמר מה היא ויאמר זאת

אלין :	ואמרית	מאן	אינון	ואמר	אילין
τοῦτο.	καὶ εἶπα	τί	ἐστί	καὶ εἶπα	τοῦτο
hoc.	tum dixi	quid	est	& ait	hic est
(Da)	vnd ich sprach	was	ists	Er aber sprach	dis

האיפה היוצאת ויאמר זאת עינם בכל

מכילתא	נפיק	ואמר	הא	אפין	בכל
τὸ μέτρον	ἐκπορευόμενον	καὶ εἶπεν	αὕτη	εἶδος αὐτῶν	ἐν πάσῃ
modius	egrediens	& inquit	hæc	oculus eorum	in uniuersa
ein scheffel	der eraus gehet	vnd er sprach	das	jre gestalt	im gantzen

הארץ : והנה ככר עפרת נשאת וזאת

ארעא :	והא	כברא	אברא	טעינא	אילין
τῇ γῇ.	καὶ ἰδού	τάλαντον	μολίβδου	ἐξηρόμενον	καὶ ἰδού
terra	Et ecce	talentum	plumbi	portabatur	& ecce
Land	Vnd sihe	ein centner	bleie	es fure	vnd da war

אשה אחת יושבת בתוך האיפה :

אנתא	חד	יתיב	בגו	מכילתא במי :
ἡ γυνὴ	μία	ἐκάθητο	ἐν μέσῳ	τοῦ μέτρου.
mulier	una	sedens	in medio	medij.
zorn	daher ist komen	vorigen	die Propheten	durch	in seinen geist

גָּדוֹל מֵאֵת יְהוָה צְבָאוֹת׃ וַיְהִי כַאֲשֶׁר קָרָא

כְּמָא דְ——אִתְנַבִּיאוּ	וִיהִי	צְבָאוֹת׃	יְיָ	מִן קֳדָם	רַב	
εἶπε	ὃν τρόπον	καὶ ἔσται	παντοκράτορος.	κυρίου	παρὰ	μεγάλη
predicatum erat	ceu	Et euenit	exercituum.	Domino	à	grandis
gepredigt ward	wie	vnd ist ergangen	Zebaoth.	Herrn	vom	grosser

וְלֹא שָׁמֵעוּ כֵּן יִקְרְאוּ וְלֹא אֶשְׁמָע אָמַר

אֲמַר	אֲקַבֵּיל	וְלָא	יִצַלּוּן קֳדָמַי	כֵּן	קַבִּילוּ	וְלָא
λέγει	εἰσακούσω	καὶ οὐ μὴ	κεκράξονται	οὕτως	εἰσήκουσαν	καὶ οὐκ
ait	exaudirem	& non	ut clamarent	ita	audirent	& non
spricht	ich wolt erhören	das nicht	da sie rieffen	also	sie höreten	das nicht

יְהוָה צְבָאוֹת׃ וְאֵסָעֲרֵם עַל כָּל הַגּוֹיִם אֲשֶׁר

דִּי	עַמְמַיָּא	כָּל	עַל	וְאַבְדַּרִינוּן	צְבָאוֹת	יְיָ
ἃ	ἔθνη	πάντα	εἰς	καὶ ἐκβαλῶ αὐτοὺς	παντοκράτωρ	κύριος
quas	gentes	cunctas	in	& dispersi eos	exercituum.	Dominus
die	Heiden	alle	vnter	also hab ich sie zustrewet	Zebaoth.	der Heiden

לֹא יְדָעוּם וְהָאָרֶץ נָשַׁמָּה אַחֲרֵיהֶם מֵעֹבֵר

מִלְּעַדֵּי	בָּתְרֵיהוֹן	תְּצַדֵּי	וְאַרְעָא	יְדַעוּנוּן	לָא
ἐκ διοδεύοντος	κατόπισθεν αὐτῶν	ἀφανισθήσεται	καὶ ἡ γῆ	ἔγνωσαν	οὐκ
ne pertranseatur	*post illos*	*deserta mansit*	*& terra*	*norunt*	*haud*
das niemand drinne wandelt	nach jnen	ist wüste blieben	vnd das Land	sie kennen	nicht

וּמִשָּׁב וַיָּשִׂימוּ אֶרֶץ חֶמְדָּה לְשַׁמָּה :

לְצַדוּ ;	חֶמְדְּתָא	אַרְעָא	עַל דְּשַׁוִּיאוּ	וּמִתָּאֵית
εἰς ἀφανισμόν.	ἐκλεκτὴν	γῆν	καὶ ἔταξαν	καὶ ἐξαναστρέφοντος
in solitudinem.	*nobilis*	*terra*	*& redacta est*	*nec incolatur*
zur wüstunge.	das edle	Land	vnd ist gemacht	vnd niemandt drinne wonet

CAPITE septimo proponitur â Iudæis Babylonijs questio de ieiunio & abstinentia à Deo non præceptis: cuius occasio fuit templi Solymi refectio. Quia namque ob templi destructi luctum, sibimet ipsis elegerant ieiunium (ad imitationem ieiunij Leui. 16. & abstinentiam ad exemplum Nu. 6. instituti) uidentes nunc templum refici: querunt Zachariam utrum diutius ieiunare debeant abstinereque. Quam sanè questionem hoc capite Zacharias grauiter refutat: docetque humanas traditiones fugiendas, & Dei uerbum sequendum. Diuidamus caput in locos tres.

I. PRIMVS LOCVS habet Epigraphen: describentem, quando sit hæc concio facta: per quem, cur, ubi, cui, quæ tandem questio proposita sit.

ויהי בשנת ארבע לדריוש המלך ;

Tempus Prophetiæ describitur, id est, quando sit hæc questio de planctu ieiunioque in lege non præceptis, & proposita & refutata: nempe, dum Zacharias anno Darij quarto biennium concionatus esset Ierosolymæ: populumque in fide confirmasset ita, ut crederent sibi posthac â septentrionalibus: quos semper ædificationem impedituros metuebant: periculum fore nullum. Ecce tibi commodum euenit, ut Prophetæ adhuc uiuenti questio de planctu & abstinentia proponeretur & ab ipsomet Deo refutaretur. Nimirum ut exemplum statueretur orbi: sine claro Dei uerbo nil dicendum aut faciendum esse.

וישלח ביתאל שראצר ורגם מלך ואנשיו לחלות את פני יהוה ;

Docet: non modo per quem, cur, ubi, cui, questio proposita sit, uerum etiam Iudæos Babylonios hac legatione questioneque peccasse. ביתאל Etsi Iudei, sacra Bethelæa putarent ideo meliora quàm Solyma: quia Deus cum Iacobo fuisset locutus eo loci. Tamen ibi uetitum erat ante Dominum precari: teste Hose. 12. שראצר ורגם מלך Nomina Iudæorum regis Darij Persæ ducum: qui cum uiris suis quales fuerint, lucet ex eo quod non modo cum reducibus non sunt Ierosolymam reuersi quod debebant: uerum etiam quod aduersus eorum questionem ipsemet Deus tam acriter concionatur. בית יהוה templum Solymam.

כהנים והנביאים Ierosolymæ spirantes Leuitæ, concionantesque Hageus Zacharias similes: quas de traditionibus humanis querere, tam parum conueniebat, quàm in Bethel sacrificare.

האבכה בחדש החמשי הנזר

Exponit legationis occaſionem & queſtionis ſummam:in perſona Iudæorum Babyloniorum interrogando uidelicet:an ideo ceſſare debeant in poſterum quinto menſe ieiunare & lugere: quia nunc Ieroſolyma refecta eſſet:an potius debeant pergere,ſicut hactenus ideo per annos ſeptuaginta, quinto ſemper menſe plorarunt,abſtinueruntq; à cibis delicatis,uino, ſicera:ad exemplum Le.16. & Nu.6. ſcriptum: quòd Ieroſolyma quinto menſe deſtructa combuſtaq; fuiſſet. 4. Reg. ul.

II. LOCVS SECVNDVS queſtionem propoſitam loco primo refutat trifariam. Primum,reiectione luctus ieiunijq; à Deo non præceptorum. Deinde confirmatione doctrinæ Prophetarum anteceſſorum. Tertiò præſcriptione doctrinæ rectæ, de fide & operibus,Deo placentibus.

ויהי דבר יהוה צבאות אלי לאמר: אמר אל כל עם הארץ ואל הכהנים
לאמר כי צמתם וספוד בחמשי ובשביעי וזה שבעים שנה הצום אני
וכי תאכלו וכי תשתו הלא אתם האכלים ואתם השתים

Reiectione (cuius tota uis in duobus pronominibus אני ואתם mihi & uobis poſita: ſecernit Dei uerbum ab humana traditione, damnat ideo, quòd menſe quinto & ſeptimo,propter Ieroſolymam combuſtam:adeoq; propter Gedaliam preſidem occiſum ab Iſmaele: populuſq; triſtis è terra profugiſſet in Aegyptum: quia non præcepit id facere. Pronomine mihi ſubindicans: Deum non modo reijcere luctum & ieiunium à ſe non præceptum,uerum etiam minari pergentibus ieiunare lugereq; pœnas:ni reſipiſcant. Pronomine uero VOBIS notat etiam fiduciam luctus ieiunijq; ita, ut niſi iuſticiam ſalutemq; non in ieiunio & luctu,ſed in ſola fide Chriſti querant: propter incredulitatem haud aliam mercedem ſint reportaturi ieiunij ſui luctuſq;,quàm pænas æternas. Adeo nil Deus ab homine uult agi crediq;: niſi quod ipſe mandauit & promiſit. Quicquid Deus non iuſſit facere peccatum eſſe: declarat etiam Ieſa.58. populum ſuum tali morbo laborantem, ut ſemper humanas traditiones anteferrent Dei uerbo ſimillime taxans ac dicens: Vobis ieiunaſtis non mihi, id eſt,ueſtram non meam uoluntatem ieiunando facitis. Et Ier.7. Veſtra ſacrificia non precepi: uerbo meo parete.

הלא את הדברים אשר קרא יהוה ביד הנביאים הראשנים בהיות ירושלם
ישבת ושלוה ועריה סביבתיה והנגב והשפלה ישב:

Confirmat doctrinam Prophetarum anteceſſorum ita, ut accuſet ſimul populum Iudaicum inſcitiæ Prophetarum:& iubeat illos euoluere Prophetas imitariq;.

הדברים אשר קרא יהוה ביד הנביאים ſunt explicatio Decalogi contra idolatriam & opera non præcepta Prophetiæq; de Chriſto. Nunquàm tale quid præceperunt,quod hi Babylonici Iudæi deſignarunt. Vt Ieroſolyma floruerit ante captiuitatem Babylonicam:in libris Regum legitur.

ויהי דבר יהוה אל זכריה לאמר: כה אמר יהוה צבאות לאמר משפט אמת
שפטו וחסד ורחמים עשו איש את אחיו: ואלמנה ויתום גר ועני אל
תעשקו ורעת איש אחיו תחשבו בלבבכם:

Subindicans peccatum originis, in recte iudicantibus, & omnia ſecundum legem facientibus ſupereſſe ita, ut nullum opus in ſanctis etiam perfectum eſſe queat ſine fide Chriſti coram Deo ſola iuſtificante: uidelicet ut omnes confiteantur inſtar Pauli Ro. 3. Iuſticiam coram Deo non legis operibus, ſed fide Chriſti ſola conſtare gratiſq; remiſsionem peccatorum & uitam æternam obtingere ac primo requirit à magiſtratu ſeculari: ut ſine reſpectu perſonæ ius defendat. Item ab Eccleſiaſtico magiſtratu: ut totam doctrinam legis & Euangelij fideliter proponat diſtincteq;. Et à populo: ut legibus magiſtratus pareat benefaciendo, doctrinæq; uerbi miniſterij parendo.

Secundo, charitatem præcipit rectè iudicantibus: requiritq; ab omnibus ſine delectu, ut non tantum ledant neminem contra Dei uerbum, ſed etiam benefaciant omnibus, ſecundum Dei uerbum, id eſt, quilibet opera ſuæ uocationis faciat in utilitatem proximi. Tertiò: non modo uetat facere contra legem charitatis, hoc eſt, nocere uiduæ, pupillo, peregrino, miſero: uerum etiam præcipit facere quod lex mandat, id eſt, prodeſſe uiduæ: pupillo, peregrino, miſero. Videtur Zacharias hanc doctrinam ex cap. Exod. 22. hauſiſſe. Quarto: non ſolum uetat, ne quis cogitet facere contra tabulam ſecundam, quod proximo noceat: ſed etiam precipit, ut ſe quiſq; noſcat ita: ut dum ſentit cogitationes legi contrarias eſſe, & opera imperfecta (quis enim dicere audebit ſe perfectum eſſe coram Deo & hominibus: in recte iudicando? fratri ſuo benefaciendo & miſericordiam exhibendo? uiduæ, peregrino, pupillo, miſello iniuriam non faciendo? in animum inducendo, fratri non malefacere?) nullo modo fidat operibus qualibuscunq; & quantiſcunq; ceu iuſtificantibus coram Deo iudiciumq; Dei uincere potentibus: uerum ſemper dicat cum Dauide, Non intres in iudicium cum ſeruo tuo: & cum Chriſto, Seruus inutilis ſum. Chriſtum uerò ſolum, ſine meritis operum omnium totius legis: iuxta promiſsiones & credat & confiteatur, iuſticiam unicam coram Deo uitamq; ſuam æternam eſſe.

שפט Magiſtratum utrumq; ſecundum leges & uerbum Dei politiam et Eccleſiam regere. Nedum populum, de magiſtratu et miniſterio ſentire loquique iuxta præſcriptum.

חסד Beneuolentia: animi inclinatio cum deſiderio benefaciendi. רחמים miſericordia alienæ miſeriæ tanta in corde compaſsio, ut opem ferre miſero compellat. Eſt aliquid miſero bene uelle: ſed quid prodeſt miſero beneuolum eſſe, ni ſis etiam miſericors .i. des aliquid? אח omnis homo: uel quia ſunt omnes ab uno patre cœleſti conditi: uel quia ſunt omnes ab uno patre terreſtri nati in hoc: ut ſecundum legem omnes fraternè uiuant in hoc mundo: & ſecundum Euangelion credentes, Poſt hanc miſeram uitam, in regno cælorum eandem poſsideant hæreditatem, nempe uitam æternam. Summa: uult corde ore corpore uitam agi ſecundum Decalogum: ordines omnes,

III. LOCVS TERTIVS accuſat uerbi contemtores: eoſq; deſcribit à tribus peccatis contra tabulam primam exilium Babylonicum promeritis, concionibus, Prophetarum anteceſſorum teſtimonium perhibet. Miſeriam exilij Babylonici deſcribit: à non exauditione precum in tribulatione: à diſperſione in gentes: à terræ uaſtatione. Confer peccata cum pænis: & uide quàm artificioſè Propheta quaſi libret peccata ac pœnas, & uelut æqua lance malefacta pœnis compenſet.

וימאנו להקשיב ויתנו כתף סררת :

Deſcribuntur peccata contra primam tabulam:quibus potiſsimum exilium babylonicum eſt promeritum:adeoq; contemtus uerbi grandis,& omnes uerbi contemtores.

וימאנו attendere nolle eſt: nec legi Dei nec Euangelio Chriſti credere uelle. Eſt radix peccatorum incredulitas:ſicut ait,Quoties uolui te,& noluiſti? peccatum mandati primi.

ויתנו כתף Non ſolum à Deo uero deficere ad Deos alienos:ſeu uerbo Dei negato traditiones humanas amplecti,uerum etiam contra Dei uerbum eiusq; miniſtros loqui, & traditiones humanas defendere:ut Iudæi Ier.44. Te nolumns audire libabimus reginæ cœli. Et illi uocati ad cœnam magnam uenire nolunt Lucæ 14. Peccatum ſecundi mandati.

ואזניהם nullum doctorem mandati primi ſeu legis & Euangelij poſſe audire ferreq;: diligenter autem ſecundi mandati tranſgreſſores, Pſeudoapoſtolos audire, ſequiq;: ut Act. 7. Stephanus uocat Iudęos in circumciſos cordibus & auribus,duræ ceruicis & ſemper Spiritui ſancto reſiſtentes. Peccatum contra mandatum tertium.

ולבם per tranſgreſsionem primæ tabulæ cor tam obſtinatum reddi:ut non ſolum os blaſphemum,ſed etiam manus fiat homicida. Nec facile tale cor, ab ullius Prophetæ, imò ne Dei quidem Chriſti minis promiſsionibus ad reſipiſcendum & credendum flecti queat: ſed quo magis corripis ſaluareq; conaris, eo reddas crudelius & tibi uitam eripere cogas. Quales ſane depingit Stephanus Act.7. Diſſecabantur cordibus ſuis ſtridebant dentibus ſuis,exclamabant uoce magna,continebant aures ſuas impetum fecerunt in eum lapidaruntq;. Metaphora ſumta ab adamante:qui recte uocatur à Græcis ἀδάμας indomitus: quia nulla materia domari frangiq; poteſt,ita:ut ante malleus & incus lędantur, quàm adamas conteratur: ab igne quoq; omnia conſumente, tam inconſumtibilis,ut etiam ab illo reddatur durior:ſolo deniq; hircino ſanguine calido ſolubilis. Hæc de peccatis contemtæ legis: quam docuerunt Prophetiæ: quos Deus commendat uerbis ſequentibus.

ואת הדברים אשר שלח יהוה צבאות ברוחו ביד הנביאים הראשנים

Sacharias interſerit:perhibetq; teſtimonium omnibus Prophetis, qui ante ſe fuerunt,inprimiſq; de exilio babylonico uaticinatus: uidelicet conciones eorum eſſe Dei uerbum, quod per ipſos Spiritus ſanctus locutus ſit:quod etiam Deipara Lucæ 1. confirmat. Nunc de pænis uerbi Prophetarum contemtus.

ויהי קצף גדול מאת יהוה צבאות

Docet: uerbi contemtum fuiſſe cauſam exilij Babylonici: quod prædictum à Ieremia deſcriptumq; regum ultimo: quo Deus peccata Iudæorum antedicta ſecundum comminationes afflixit tam grauiter ut exilium babylonicum ob id ἐμφατικῶς uocetur à Zacharia קצף גדול. Quam iram grandem uerbis ſequentibus trifariam deſcribit.

ויהי כאשר קרא ולא שמעו כן יקראו ולא אשמע אמר יהוה צבאות

Hæc uerba referenda ſunt ad illa quæ ſupra dicta ויתנו כתף. Vult enim Deus collatione pænæ & peccati ſuam iuſticiam declarare. Q. d. Nonne iuſtum eſt: ut præuaricatores in rebus ſecundis non audientes,ſed idola colentes:à me uiciſsim in rebus aduerſis non exaudiantur: ſed ad ſua ire iubeantur idola? In rebus ſecundis pij uerbum audiunt: itaq; in aduerſis exaudiuntur ut

Daniel.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0081-0

Daniel. Verba ergo prædicta de contumacibus duntaxat auersisq; à Deo intelligenda esse: lucet ex Pro. I. sonante: Dum uenerit angustia clamabunt, sed non exaudiam.

ואסערם על כל הגוים אשר לא ידעום

Hæc uerba sunt referenda ad illa quæ supra dixit ויאזניהם. Vult enim Deus rursum suam iusticiam testificari, q.d. Nonne iustum est: impijs aures suas ad uerbum meum audiendum in rebus suis obturantibus: meas aures in rebus aduersis uicissim claudi, neq; clamantibus aperiri? לא ידעים Iudæi bis in exilio miseri: primum circumsectos ab incircumcisis cogi: quanta miseria est? dein ab incircumcisis derideri quoq; Dei uerbum audire, miseria est propemodum exilio maior. Proinde uerbis prædictis eandem miseriam dispersionis exilijq; ceu pænam uerbi contemtus describit, quam Ps. 137. graphicè depinxit.

והארץ נשמה אחריהם מעבר ומשב וישימו ארץ חמדה לשמה׃

Hæc uerba referenda sunt ad illa quæ supra ולבם. Vult enim omnino Deus se iustum probare q.d. Ecquid iustius est, quàm eam ciuitatem & terram, in qua peccatur & non resipiscitur, ut Sodomæ: quin etiam concionatores pænitentiæ tam deridentur, ut Lot Sodomæ, funditus euerti redigiq; in solitudinem, instar Sodomæ? Qualis & quantus fuerit dolor Iudæorum de patriæ celeberrimæ & dulcissimæ uastatione crudelissima & amarissima cogitantum: uel his solis uerbis exprimit Ps. 137. Fleuimus recordati Sionis. Si non habuissent uerbum de reditu Ier. 29. præ desperatione mori potuerint. Quod sanè scriptum est in exemplum ciuitatum omnium terrarum, instar Ierosolymæ, uerbum Dei traditionibus humanis commutantium, in damnationem temporariam ac perennem.

Verbis ergo prædictis omnibus: pænæ uerbi contemtum certò sequentes: describuntur. In exemplum ciuitatum & terrarum omnium similiter peccantium: hoc est, uerbo Dei resistentium, idola colentium, Prophetis ueris aduersantium, Pseudoprophetis patrocinantium, eoq; tandem impietatis prolabentium: ut fiant concionatorum & Christianorum persecutores & latrones. A quo crimine parricidiali, Deus misericors, seruare dignetur, eas ciuitates ac terras germaniæ olim inuictæ: quæ Dei uerbum adhuc habent, instar Vitebergæ in qua hæc scripsi: Noribergæ, Lypsiæ, Magdeburgæ, & reliquarum.

CAPVT OCTAVVM.

לֵאמֹר׃	אֵלַי	צְבָאוֹת	יְהוָה	דְּבַר	וַיְהִי
לְמֵימַר׃	עִמִּי	צְבָאוֹת	מִן קֳדָם יְיָ	פִּתְגָם	וַהֲוָה
λέγων	πρὸς με	τῶν δυνάμεων	κυρίου	λόγος	καὶ ἐγένετο
dicens.	*ad me*	*exercituum*	Domini	*uerbum*	*Et factum est*
sprechend.	zu mir	Zebaoth	des Herrn	Wort	Vnd geschach

לְצִיּוֹן	קִנֵּאתִי	צְבָאוֹת	יְהוָה	אָמַר	כֹּה
פּוּרְעֲנוּת צִיּוֹן	מִתְפְּרַע אֲנָא	צְבָאוֹת	יְיָ	אֲמַר	כִּדְנַן
Ζιὼν	ἐζήλωκα	παντοκράτωρ	κύριος	λέγει	τάδε
Zion	*emulatus sum*	*exercituum*	*Dominus*	*ait*	*sic*
vber Sion	ich hab geeiuert	Zebaoth	der HErr	spricht	so

קנאה

קִנְאָה גְדוֹלָה וְחֵמָה גְדוֹלָה קִנֵּאתִי לָהּ׃

קְנְאָה רַבָּא וְרֻגַז רַב יָתָהּ דְאַקְנֵיאוּת׃

αὐτὴν. ἐζήλωσα μεγάλῳ καὶ θυμῷ μέγαν ζῆλον

illam. emulatus sum magna & ira grandi emulatione

vber sie. ich hab geeiuert grossem vnd mit zorn grossem mit einer

כֹּה אָמַר יְהוָה שַׁבְתִּי אֶל צִיּוֹן וְשָׁכַנְתִּי

כִּדְנָן אֲמַר יְיָ אֲתוּב לְ—צִיּוֹן וְאַשְׁרֵי שְׁכִינְתִּי

καὶ κατασκηνώσω σιὼν ἐπὶ ἐπιστρέψω κύριος λέγει τάδε

& morabor zionem ad reuertar Dominus dit Sic

vnd wil wonen Zion zu ich wil widerkeren der Herr spricht So

בְּתוֹךְ יְרוּשָׁלִָם וְנִקְרְאָה יְרוּשָׁלִַם עִיר

בְּגוֹ יְרוּשְׁלֵם וְתִתְקְרֵי יְרוּשְׁלֵם קַרְתָּא

πόλις ἱερουσαλὴμ καὶ ἐκληθήσεται ἱερουσαλὴμ ἐν μέσῳ

ciuitas Ierusalem & uocabitur Ierusalem in medio

Stad Jerusalem vnd sol heissen Jerusalem zu

הָאֱמֶת וְהַר יְהוָה צְבָאוֹת הַר הַקֹּדֶשׁ׃

דִקְשׁוֹטָא וְטוּר דַיְיָ צְבָאוֹת טוּרָא קַדִּישָׁא׃

ἅγιον. ὄρος σαβαώθ κυρίου καὶ τὸ ὄρος ἀληθινή

sanctus. mons exercituum Domini & mons fidelis

heiliger. ein berg Zebaoth des Herrn vnd der berg eine trewe

כֹּה אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת עֹד יֵשְׁבוּ זְקֵנִים

כִּדְנָן אֲמַר יְיָ צְבָאוֹת עוֹד יִתְּבוּן סָבִין

πρεσβύτεροι καθήσονται ἔτι παντοκράτωρ κύριος λέγει τάδε

senes morabuntur adhæc exercituum Dominus ait Sic

alte menner sollen wonen dazu Zebaoth der Herr spricht So

וּזְקֵנוֹת בִּרְחֹבוֹת יְרוּשָׁלִָם וְאִישׁ מִ

וְסָבָן בְּשׁוּקֵי יְרוּשְׁלֵם וּגְבַר

καὶ ἕκαστος ἱερουσαλὴμ ἐν πλατείαις καὶ πρεσβύτεραι

& quilibet Ierusalem in plateis & aniculæ

vnd jglicher Jerusalem in den gassen vnd alte Frawen

מִשְׁעַנְתּוֹ בְּיָדוֹ מֵרֹב יָמִים וּרְחֹבוֹת הָעִיר

עוּבְרוּתֵי בִּידֵיהּ מִסְגֵי יוֹמַיָּא וּרְחוֹבֵי קַרְתָּא

τῆς πόλεως καὶ πλατεῖαι ἡμερῶν ἀπὸ πλήθους ἐν χειρὶ αὐτοῦ τὴν ῥάβδον αὐτοῦ

ciuitatis & plateæ dierum præ multitudine in manu sua baculum suum

der Stad vnd die gassen der tage vmb der menge willen in seiner hand seinen stecken

יִמָּלְאוּ יְלָדִים וִילָדוֹת מְשַׂחֲקִים בִּרְחֹבֹתֶיהָ

יִתְמְלוּן עוּלֵימִין וְעוּלֵימָן מְשַׂבְּחִין בִּפְתָּחָא

ἐν πλατείαις αὐτῆς παιζόντων καὶ κορασίων παιδαρίων πλησθήσονται

in plateis eius ludentibus ac puellis pueris plenæ erunt

auff jrer gassen die spielen vnd Meidlin Kneblin sollen vol sein

K כה

כה אמר יהוה צבאות כי יפלא ב

כדנן אמר ייי צבאות פר תיקר וחלתי

τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ εἰ ἀδυνατήσει

Sic ait Dominus exercituum Sin impoßibile est

So spricht der Herr Zebaoth So es vnmüglich ist

בעיני שארית העם הזה בימים ההם

בעיני שארא דעמא הדין ביומיא האינון

ἐνώπιον τῶν καταλοίπων λαοῦ τούτου ἐν ἡμέραις ἐκείναις

coram reliquijs populi huius in diebus hisce

Für den vbrigen volcks dieses in tagen diesen

גם בעיני יפלא נאם יהוה צבאות

את קדמי יקרון אמר ייי צבאות

μὴ ἐνώπιόν μου ἀδυνατήσει λέγει κύριος παντοκράτωρ;

Ergon coram me sit impoßibile ait Dominus omnipotens?

solts darum Für mir vnmüglich sein spricht der Herr allmechtig?

כה אמר יהוה צבאות הנני מושיע

כדנן אמר ייי צבאות הא אנא פריק

τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ ἰδοὺ ἐγὼ σώζω

Sic ait Dominus exercituum Ecce ego liberabo

So spricht der Herr Zebaoth Sihe ich ich wil erlösen

את עמי מארץ מזרח ומארץ מבוא

ית עמי מארעא מדינחא ומארעא מעלני

τὸν λαόν μου ἐκ γῆς ἀνατολῆς καὶ ἐκ γῆς δυσμῆς

populum meum de terra orientali deq; terra occasus

mein Vlock vom Land Morgen vnd vom Land des Nidergangs

השמש והבאתי אתם ושכנו בתוך ירושלם

שימשא ואעיל יתהון וישרון בגו ירושלם

ἡλίου καὶ εἰσάξω αὐτοὺς καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ Ἱερουσαλήμ

solaris & adducam eos & habitabunt in medio Ierusalem

der Sonne vnd wil ei zu bringen sie das sie wonen zu Jerusalem

והיו לי לעם ואני אהיה להם ל

ויהון קדמי לעם ואנא אהוי להון

καὶ ἔσονται μοι εἰς λαὸν κἀγὼ ἔσομαι αὐτοῖς

eruntq; meus populus Egoq; ero illorum

vnd sollen sein mein Volck Vnd ich wil sein jr

לאלהים באמת ובצדקה : כה אמר יהוה

לאלהא בקשוט ובזכו : כדנן אמר ייי

εἰς θεὸν ἐν ἀληθείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ. τάδε λέγει κύριος

Deus in ueritate inq; iusticia. sic ait Dominus

Gott in warheit vnd in gerechtigkeit so spricht Der Herr

צבאות

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0084-7

צְבָאוֹת תֶּחֱזַקְנָה יְדֵיכֶם הַשֹּׁמְעִים בַּיָּמִים

צְבָאוֹת יִתְקְפָן יְדֵיכוֹן דְשָׁמְעִין בְּיוֹמַיָּא

παντοκράτωρ · καὶ ἰσχυέτωσαν · χεῖρας ὑμῶν · τῶν ἀκουόντων · ἐν ταῖς ἡμέραις

exercituum · firmate · manus uestras · auditores · in diebus

Zebaoth · stercket · ewer hende · die jr höret · in tagen

הָאֵלֶּה אֶת הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה מִפִּי הַנְּבִיאִים

הָאִינוּן יָת פִּתְגָמַיָּא הָאִלֵּין מִפּוּם נְבִיַּיָא

ταύτας · τοὺς λόγους · τούτους · ἐκ στόματος · τῶν προφητῶν

hisce · uerborum · horum · ex ore · Prophetarum

diesen · Wort · diese · durch den mund · der Propheten

אֲשֶׁר בְּיוֹם יֻסַּד בֵּית יְהוָה צְבָאוֹת הַהֵיכָל

דִּי בְּיוֹמָא לְאִשְׁתַּכְלָלָא בֵּית דַּיְיָ צְבָאוֹת הֵיכְלָא

ἀφ' ἧς · ἡμέρας · τεθεμελίωται · οἶκος · κυρίου · παντοκράτορος · ὁ ναὸς

qua · die · fundamentum est iactum · ædis · Domini · exercituum · templum

da · des tags · der grund gelegt ist · des Haus · des Herrn · Zebaoth · der Tempel

לְהִבָּנוֹת: כִּי לִפְנֵי הַיָּמִים הָהֵם שְׂכַר

לְאִתְבְּנָאָה: אֲרֵי קֳדָם מֵיתֵי יוֹמַיָּא הָאִינוּן אַגְרָא

ἵνα οἰκοδομηθῇ. · διότι · πρὸ · τῶν ἡμερῶν · ἐκείνων · ὁ μισθὸς

ut edificaretur. · Nam · ante · dies · hosce · operepretium

das gebawet würde. · Denn · für · tagen · diesen · die arbeit

הָאָדָם לֹא נִהְיָה וּשְׂכַר הַבְּהֵמָה אֵינֶנָּה

דַּאֲנָשָׁא לָא הֲוָה וְאַגְרָא דִבְעִירָא לֵיתוֹהִי

ἀνθρώπων · οὐκ · ἔσται εἰς ὄνησιν · καὶ ὁ μισθὸς · κτηνῶν · οὐχ ὑπάρξει

hominum · nullum · erat · & opere precium · pecoris · nullum erat

der Menschen · vergebens · war · vnd die arbeit · der Thierer · war nichts

וְלַיּוֹצֵא וְלַבָּא אֵין שָׁלוֹם מִן הַצָּר

וּלְנַפְקַיָּא וּלְעָלַיָּא לֵית שְׁלָמָא מִן מְעִיקָא

καὶ τῷ ἐκπορευομένῳ · καὶ τῷ εἰσπορευομένῳ · οὐκ ἔσται · εἰρήνη · ἀπὸ · τῆς θλίψεως

& exeunti · intrantiue · non erat · pax · præ · afflictione

vnd dem der auszog · vnd dem dereinzog · war kein · fried · für · trübsal

וָאֲשַׁלַּח אֶת כָּל הָאָדָם אִישׁ בְּרֵעֵהוּ:

וְאַגְרֵי יָת כָּל אֱנָשָׁא גְּבַר בְּחַבְרֵיהּ:

καὶ ἐξαποστελῶ · πάντας · ἀνθρώπους · ἕκαστον · ἐπὶ τὸν πλησίον αὐτοῦ.

& dimisi · cunctos · homines · unumquemlibet · contra proximum suum.

sondern ich lies · alle · Menschen · ein jglichen · wider seinen Nechsten

וְעַתָּה לֹא כַיָּמִים הָרִאשֹׁנִים אֲנִי לִשְׁאֵרִית

וּכְעַן לָא כְּיוֹמַיָּא קַדְמָאֵי אֲנָא לִשְׁאָרָא

καὶ νῦν · οὐ · καθ' ἡμέρας · τὰς ἔμπροσθεν · ἐγὼ · ποιῶ καταλοίποις

at nunc · non · ceu diebus · prioribus · Ego · agam cum reliquijs

aber nu · nicht · wie in tagen · vorigen · Jch · wil faren mit den vbrigen

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0085-3

העם הזה נאם יהוה צבאות : כי זרע

דעמא הדין אמר ייי צבאות : ארי זרעא

σπέρμα ἀλλ᾽ ἤ παντοκράτωρ. κύριος λέγει τούτου λαοῦ

semen sed erunt exercituum. Dominus dicit huius populi

Samen sondern sollen sein Zebaoth. der HErr spricht dieses Volcks

השלום הגפן תתן פריה והארץ תתן

שלם גופנא תתן איבה וארעא תתן

δώσει καὶ ἡ γῆ καρπὸν αὐτῆς δώσει ἡ ἄμπελος, εἰρήνης

dabit & terra fructum suum dabit uitis pacis

sol geben vnd das Land seine frucht sol geben der Weinstock des friedes

את יבולה והשמים יתנו טלם והנחלתי

ית עללתה ושמיא ישמשנונן בטלהון ואחזין

καὶ κατακληρονομήσω δρόσον αὐτοῦ δώσει καὶ οὐρανὸς γενήματα αὐτῆς

& poßidere sinam rorem suum ædet & celum germen suum

vnd wil besitzen lassen seinen taw sol geben vnd der Himel sein gewechs

את שארית העם הזה את כל אלה :

ית לשארא דעמא הדין ית כל האילין :

ταῦτα. πάντα τούτου λαοῦ καταλοίποις

hæc. cuncta huius populi reliquias

solchs. alles dieses Volcks die vbrigen

והיה כאשר הייתם קללה בגוים ב

ויהי כמא דהויתון לווטא בעממיא

ἐν ἔθνεσιν κατάρα ἦτε ὃν τρόπον καὶ ἔσαι

inter gentes maledictum fuistis ceu Et ueniet usu

vntern Heiden ein fluch jr seid gewest wie vnd sol gescheen

בית יהודה ובית ישראל כן אושיע

בית יהודה ובית ישראל כן אפרוק

διασώσω οὕτως ἰσραὴλ καὶ οἶκος ἰούδα οἶκος

seruabo ita Israel domusq; Iuda domus

wil ich erlösen so Israel vnd das Haus Juda das Haus

אתכם והייתם ברכה אל תיראו ת

יתכון ותהון מברכין לא תדחלון

φοβεῖσθε μὴ εὐλογία καὶ ἔσεσθε ὑμᾶς

timete Non benedictio ut sitis uos

fürcht euch Nicht ein segen das jr seit euch

תחזקנה ידיכם : כי כה אמר יהוה

יתקפן ידיכון : ארי כדנן אמר ייי

κύριος λέγει τάδε γὰρ ἐν χερσὶν ὑμῶν. κατισχύετε

Dominus dicit Sic Nam manus uestræ. corroborentur

Der HErr spricht So Denn ewer hende. stercket

צבאות

צְבָאוֹת כַּאֲשֶׁר זָמַמְתִּי לְהָרַע לָכֶם

לְכוֹן	לְאַבְאָשָׁא	חֲשִׁיבִית———דְּ	כְּמָא	צְבָאוֹת
ὑμᾶς	τοῦ κακῶσαι	διενοήθην	ὃν τρόπον	παντοκράτωρ
uos	affligere	proposui	Quemadmodum	exercituum
euch	vnglück anzulegen	ich gedachte	gleich wie	Zebaoth

בְּהַקְצִיף אֲבֹתֵיכֶם אֹתִי אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת

צְבָאוֹת	יְיָ	אֲמַר	קֳדָמַי	אֲבָהָתְכוֹן	כַּד אַרְגִּיזוּ
παντοκράτωρ	κύριος	λέγει	μοι	πατέρας ὑμῶν	ἐν τῷ παροργίσαι
exercituum	Dominus	ait	me	patres uestri	quum commouerent
Zebaoth	der HErr	spricht	mich	ewre Veter	da erzürneten

וְלֹא נִחָמְתִּי׃ כֵּן שַׁבְתִּי זָמַמְתִּי בַּיָּמִים

בְּיוֹמַיָּא	חֲשִׁיבִית	תָּבִית	כֵּן	תָּבִית מִמֵּימְרִי ׃	וְלָא
ἐν ἡμέραις	διανενόημαι	παρατέταγμαι	οὕτως	μετενόησα.	καὶ οὐ
in diebus	destino	uicißim	ita	penituit me.	neq;
in tagen	ich dencke	widerumb	also	hat mich gerewet.	Vnd nicht

הָאֵלֶּה לְהֵיטִיב אֶת יְרוּשָׁלַם וְאֶת בֵּית

לְבֵית———וְ		יְרוּשְׁלֵם	לְאֵיטָבָא	הָאִילֵין
οἶκον	καὶ	Ἱερουσαλήμ	καλῶς ποιῆσαι	ταύταις
domum	&	Ierusalem	benefacere	hisce
das Hause	vnd	Jerusalem	wolzuthun	diesen

יְהוּדָה אַל תִּירָאוּ׃ אֵלֶּה הַדְּבָרִים אֲשֶׁר

דִּי	פִּתְגָּמַיָּא	אִילֵין	תִּדְחֲלוּן ׃	לָא	יְהוּדָה
οὓς	λόγοι	οὗτοι	φοβεῖσθε.	μὴ	Ἰούδα
que	uerba	hæc sunt	timete.	non	Iuda
die	die wort	Dis sind	fürcht euch	nicht	Juda

תַּעֲשׂוּ דַּבְּרוּ אֱמֶת אִישׁ אֶת רֵעֵהוּ

חַבְרֵיהּ	עִם	גְּבַר	קוּשְׁטָא	מַלִּילוּ	תַּעַבְדוּן
πλησίον αὐτοῦ	πρὸς	ἕκαστος	ἀλήθειαν	λαλεῖτε	ποιήσετε
proximo suo	cum	quilibet	ueritatem	Loquimini	facietis
seim Nehisten	mit	iglicher	warheit	Redet	jr solt thun

אֱמֶת וּמִשְׁפַּט שָׁלוֹם שִׁפְטוּ בְּשַׁעֲרֵיכֶם׃

בְּקִרְוֵיכוֹן ׃	דּוּנוּ	דִּשְׁלָמָא	וְדִינָא	קוּשְׁטָא
ἐν πύλαις ὑμῶν.	κρίνετε	εἰρήνης	καὶ κρίμα	ἀλήθειαν
in portis uestris.	iudicate	pacis	& iudicium	ueritatem
in ewern thoren.	schaffet	fried	vnd gericht	warheit

וְאִישׁ אֶת רָעַת רֵעֵהוּ אַל תַּחְשְׁבוּ

תַּחְשְׁבוּן	לָא	חַבְרֵיהּ	בִּישַׁת	יָת	וּגְבַר
λογίζεσθε	μὴ	πλησίον αὐτοῦ	κακίαν		καὶ ἕκαστος
cogitetis	ne	proximo suo	malum		& quilibet
dencket	nicht	seim Nechsten	arges		vnd jglicher

בלבבכם ושבעת שקר אל תאהבו כי

בלבבכון	ושבועתא	דשקרא	לא	תרחמון	ארי
ἐν καρδίαις ὑμῶν	καὶ ὅρκον	ψευδῆ	μὴ	ἀγαπᾶτε	διότι
in cordibus uestris	*& iuramentum*	*falsum*	*ne*	*diligatis*	*Nam*
in ewern hertzen	vnd eide	falsche	nicht	liebet	Denn

את כל אלה אשר שנאתי נאם

ית	כל	אילין	די	רחיקית	אמר
	πάντα	ταῦτα	ἃ	ἐμίσησα	λέγει
	cuncta	*hæc sunt*	*quæ*	*odi*	*inquit*
	alle	die sinds	die	ich hasse	spricht

יהוה ויהי דבר יהוה צבאות אלי ל

יוי	והוה	פתגם	מן קדם יוי	צבאות	עמי
κύριος	καὶ ἐγένετο	λόγος	κυρίου	σεβαὼθ	πρός με
Dominus	*& factum est*	*uerbum*	*Domini*	*exercituum*	*ad me*
der Herr	Vnd es geschach	Wort	des Herrn	Zebaoth	zu mir

לאמר: כה אמר יהוה צבאות צם

למימר:	כדנן	אמר	יוי	צבאות	צומא
λέγων.	τάδε	λέγει	κύριος	σεβαὼθ	νηστεία
dicens.	*Sic*	*inquit*	*Dominus*	*exercituum*	*ieiunium*
sprechend.	So	spricht	der Herr	Zebaoth	die faste

הרביעי וצום החמישי וצום השביעי וצום

רביעאה	וצומא	חמישאה	וצומא	שביעאה	וצומא
τετάρτη	καὶ νηστεία	πέμπτη	καὶ νηστεία	ἑβδόμη	καὶ νηστεία
quarti	*& ieiunium*	*quinti*	*& ieiunium*	*septimi*	*& ieiunium,*
des vierden	vnd die faste	des fünfften	vnd die faste	des siebenden monds	vnd die faste

העשירי יהיה לבית יהודה לששון

עסיראה	יהי	לבית	יהודא	לביע
δεκάτη	ἔσονται	τῷ οἴκῳ	Ἰούδα	εἰς χαρὰν
decimi	*erunt*	*domui*	*Iudæ*	*in gaudium*
des zehenden	sollen werden	dem haus	Juda	zur freude

ולשמחה ולמעדים טובים והאמת והשלום

ולחדוא	ולמועדין	טבין	וקושטא	ושלמא
καὶ εἰς εὐφροσύνην	καὶ εἰς ἑορτὰς	ἀγαθὰς	ἀλλ᾽ ἀλήθειαν	καὶ εἰρήνην
ac læticiam	*& annuersaria*	*læta*	*ast ueritatem*	*ac pacem*
vnd zur wonne	vnd jarfesten	frölichen	aber warheit	vnd friede

אהבו: כה אמר יהוה צבאות עד אשר יבאו

רחימו:	כדנן	אמר	יוי	צבאות	עוד	די	ייתון
ἀγαπήσατε.	τάδε	λέγει	κύριος	παντοκράτωρ	προσέτι		ἥξουσι
amate.	*Sic*	*dicit*	*Dominus*	*exercituum*	*preterea*		*uenient*
liebet.	So	spricht	der Herr	Zebaoth	noch	weiter	werden komen

עמים

עמים וישבי ערים רבות: והלכו יושבי

יתבי	ויהכון	סגיאן	קרוין	ויתבי	עממין
κατοικοῦντες	καὶ συνελεύσονται	πολλὰς	πόλεις	καὶ κατοικοῦντες	λαοὶ
ciues	*& ibunt*	*plures*	*ciuitates*	*incolentq;*	*populi*
die bürger	vnd werden gehn	vielen	in Stedten	vnd werden wonen	viel völcker

אחת אל אחת לאמר נלכה הלוך

מיזל	ניזיל	למימר	חרא	עם	חרא
πορευόμεναι	πορευθῶμεν	λέγοντες	μίαν	πρὸς	μιᾶς
Eamus	*eamus unà*	*dicentes*	*aliam*	*ad*	*unius*
gehen	last vns gehen	sprechend	andern	zur	einer

לחלות את־פני יהוה ולבקש את

ולמתבע	יי	קדם	לצלאה
καὶ ἐκζητῆσαι	κυρίου	πρόσωπον	δεηθῆναι
ac quesitum	*Domini*	*faciem*	*precatum*
vnd zusuchen	des Herrn	das angesicht	zubitten

יהוה צבאות אלכה גם אני : ובאו

וייתון	אנא :	את	איזיל	צבאות	מן קדם יי
καὶ ἥξουσι	ἐγώ.	καί γε	πορεύσομαι	παντοκράτορα	κύριον
Et uenient	*ego.*	*etiam*	*uadam*	*exercituum*	*Dominum*
also werden komen	ich.	auch	wil gehen	Zebaoth	den Herrn

עמים רבים וגוים עצומים לבקש את

מן	למתבע	רברבין	ומלכין	סגיאין	עממים
τὸν	ἐκζητῆσαι	πολλὰ	καὶ ἔθνη	πολλοὶ	λαοὶ
	quesitum	*robustæ*	*& gentes*	*multi*	*populi*
	zusuchen	mit hauffen	vnd die Helden	viel	Völcker

יהוה צבאות בירושלם ולחלות את־פני

קדם	ולצלאה	בירושלם	צבאות	קדם יי
πρόσωπον τὸ	καὶ ἐξιλάσκεσθαι	ἐν Ἱερουσαλὴμ	ζεβαώθ	κύριον
ante	*ac precatum*	*in Hierusalem*	*exercituum*	*Dominum*
für	vnd zu bitten	zu Jerusalem	Zebaoth	den Herrn

יהוה : כה אמר יהוה צבאות בימים

ביומיא	צבאות	יי	אמר	כדנן	יי :
ἐν ἡμέραις	παντοκράτωρ	κύριος	λέγει	τάδε	κυρίου.
In diebus	*omnipotens*	*Dominus*	*ait*	*Sic*	*Dominum*
In tagen	allmechtig	der Herr	spricht	So	dem Herrn

ההמה אשר יחזיקו עשרה אנשים

גברין	עשרא	יתקפון	די	האינון
ἄνδρες	δέκα	ἐπιλάβονται	ἐὰν	ἐκείναις
uiri	*decem*	*prehendent*	*tum*	*illis*
Menner	zehen	werden ergreiffen	wenn	denselben

מכל

מכל לשנות הגוים והחזיקו בכנף איש

מכל	לישני	עממיא	ויתקפון	בכנף	גבר
ἐκ πασῶν	γλωσσῶν	τῶν ἐθνῶν	καὶ ἐπιλάβωνται	τοῦ κρασπέδου	ἀνδρὸς
è cunctis	linguis	gentium	& prehendent	fimbriam	uiri
aus allen	sprachen	der Heyden	vnd werden ergreiffen	den zipffel	Mans

יהודה לאמר נלכה עמכם כי שמענו

יהודאי	למימר	ניזיל	עמכון	ארי	שמענא
Ἰουδαίου	λέγοντες	πορευσόμεθα	μεθ' ὑμῶν	διότι	ἀκηκόαμεν
Iudæi	dicentes	ibimus	uobiscum	nam	audiuimus
eins Jüdischen	sprechend	wir wöllen gehen	mit euch	Denn	wir haben gehört

אלהים עמכם :

דמימרא דיוי	בסעדכון :
θεὸν	μεθ' ὑμῶν εἶναι.
Deum	uobiscum esse.
Gott	das mit euch ist.

OCTAVVM caput habet nouissimam de structura Solymi templi concionem: qua Ierosolymæ cuncta bona, nedum exædificationem templi promittit. Diuidamus caput in locos octo.

I. PRIMVS LOCVS promittit exædificandæ Ierosolymæ bona cum spiritualia tum corporalia quadrupla: uidelicet remissionem peccatorum, seu gratiam Dei: uerbum ac spiritum cordibus piorum: sanctitatem & celebritatem urbis: pacem communem: in hoc, ut templum exædificetur Christo uenturo.

ויהי דבר יהוה צבאות אלי

Promittit Deus gratiam, significans: quod hactenus Sionem insectatus sit, amorem fuisse merum: nunc autem se peccatorum oblitum neutiquam permissurum, ut ab aduersarijs exædificatio præpediatur.

כה אמר יהוה שבתי

Verbum ac spiritum promittens significat: uerbo se uenturum ad ciues Solymos, & habitaturum in cordibus eorum spiritu sic: ut non modo persensuri sint Deum ipsis remittere peccata, instar Dauidis Psa. 103. uerum etiam ut propter hanc gratiæ diuinæ certitudinem tam sint animosi futuri ad exædificationem ut opus adgrediantur & dicant: si Deus nobiscum quis contra nos? Ierosolyma dicitur עיר אמת והר הקדש quia uerbum Dei pure docetur in ea, et sunt multi confessores uerbi secundum legem uiuentes.

כה אמר יהוה צבאות

Depingit pacem communem ac promittit: non solum tantum pacis ad struendum Ierosolymæ futurum, & bella futura nulla quæ præpediant ædificationem, ut senes in pace uiuere moriq́ possint, & pueri in plateis lusitent: quorum nullum in bello omnia perturbante fieri potest. Verum etiam decrepitam ætatem in pace communi lusumq́ puerorum in plateis ualde placere Deo, esseq́

esseq; dona magni Dei. Quod nemo facile crediderit: nisi dum bellum ingruit omnia commoda pacis auferens: & pro iucundissima uita mortem afferens tristissimam.

II. LOCVS SECVNDVS occupationem habet qua refutat: dissimilitudine potentiæ Dei & hominum: uoces impiorum gannientium, impossibile futurum quod Zacharias de Solyma refectione concionaretur. Piorumq; animos erigit ad credendum, quicquid Deus promittit, id etiam illum posse. Ciuitas adhuc erat deserta, nec pueris nec senibus abundans luctu & querela referta: inimicis circumdata: nec pax aut ulla negociatio. Quæ causæ fuerunt cur Iudæi putarent Solymam rem in pristinum statum minimè redituram. Apud Deum nil est impossibile: quapropter etiam Abraham contra spem sperauit. Ergo uerbis sequentibus.

כה אמר יהוה צבאות כי יפלא

Acriter illos obiurgando qui colligunt, ideo non esse possibile, quod Zacharias diuinitus concionetur seu nomine Dei: quia uideatur ipsis humanitus impossibile: docet. Non solum impios esse, qui Dei uoluntatem ac potentiam ex hominum uoluntate, potentiaq; æstiment: uerum etiam, Quicquid Deus loquitur, id esse possibile necessarioq; fieri: licet omnibus hominibus impossibile uideatur: imo nil etiam homines posse, ni Deus uelit permittatue.

III. LOCVS TERTIVS promissionem loci primi confirmat: denuo namq; promittit Deus, se non modo Iudæos extorres Ierosolymam reuocaturum: sed etiam cum reducibus ita futurum, ut secundum legem & Euangelion Deo & proximo seruire possint.

כה אמר יהוה צבאות הנני מושיע

Per Orientem & Occidentem quatuor mundi plagas intelligi uolens: ut Matth. 8. promittit, Ex omnibus terris in quas dispersi sint Iudæos reuocaturum Ierosolymam.

Sicut autem esse Deum tecum באמת est: Spiritum Dei sanctum ita regere cor tuum uerbo, ut secundum primam tabulam & promissiones de Christo seruire Deo possis. Ita tecum esse Deum בצדקה est: Deum in Christo iusticiam esse per fidem in Christum solam coram Deo iustificantem, corq; tuum spiritu suo regere ita secundam tabulam alteram, ut proximo seruire possis. Promittit ergo cum reducibus ita se futurum, ut secundum Decalogum possint Deo & proximo seruire.

IIII. LOCVS QVARTVS hortationem solatoriam habet: qua iubet ideo lætos esse iussaq; capessere, quòd Deus tam magna bona promittat. Cogitarant Iudæi conciones Hagianas & Zacharianas ad suas personas haud ita spectare. Dicebant item Hagæi primo: nondum est tempus ædem domini struendi. Languebant igitur erantq; ad opus tardiusculi. Proinde uerbis his תחזקנה ידיכם omnem dubitationem & incredulitatem ex animis Iudæorum eijciens docere uult: ad eos potissimum qui nunc uiuunt & audiunt conciones has: adq; suas ipsorum personas, quod Hagæus & Sacharias de refectione templi Solymi concionantur, spectare.

V. LOCVS QVINTVS à dissimilitudine temporis præteriti

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0091-0

& futuri: concedit quidem iusto Dei iudicio tempora præterita fuisse mala, secundum legis comminationes: uerum nunc propter misericordiam in Christo promissam tempora fore meliora promittit. Temporis præteriti mala tria numerat. Primum exprimit his uerbis : שכר האדם לא נהיה ושכר הבהמה איננה dicere uolens: omnes & omnia legis maledictionem persensisse. Alterum exprimit his uerbis : ליוצא ולבא אין שלום מן הצר dicere uolens: nec domi nec foris tribulatis spem ullum temporis melioris affulsisse. Tertium exprimit his uerbis : ואשלח את כל האדם איש ברעהו dicere uolens: contemtus uerbi & magistratus, reddidit homines adeo securos & discordes, ut quiuis impune quiduis in alterum & diceret & faceret. Econtra temporis futuri bona tria numerat. Primum exprimit his uerbis כי זרע השלום dicere uolens: per uerbi ministerij & magistratus reuerentiam homines erunt timentes Dei & studiosi pacis communis: quæ felicitas est tanta ut Ps. 133. decantatur. Alterum exprimit his uerbis : הגפן תתן פריה dicere uolens : Regnum Dei querentibus & iusticiam eius adijcientur omnia. Tertium exprimit his uerbis: והנחלתי את שארית העם הזה את כל אלה dicere uolens: propter Christum afficiam populum hunc legis benedictionibus omnibus: quò uidelicet de aduentu Christi cogitet, eiq; templum in quo regnum suum inchoet exædificet. Ideo tantum uerborum spiritus facit: ut omnem dubitationem & incredulitatem ex animis Iudæorum euellat.

VI. SEXTVS LOCVS amplificat promissiones antedictas : repetitione promissionis bifidæ, de benedictione secutura maiore quàm maledictio fuerit præterita. Cui subnectit etiam hortationem bifidam ad exædificandum. Sicut ergo uerbis his : כאשר הייתם קללה בגוים כן אושיע אתכם והייתם ברכה Repetit promissionem Ieremianam impleréq; incipit. Quis nescit autem nominari בית ישראל quia nonnulli Israelitarum adheserunt בית יהודה templumq; ædificare iuuerunt, etsi nossent regnum Israeliticum nunquàm restituendum iuxta Prophetias ? קללה בגוים significat adfligi taleq; exemplum & Prouerbium omnibus fieri propter impietatem: ut Le. 26. & Deut. 32. transgressoribus comminatum est. ברכה significat talem beatitudinem propter pietatem qualis promissa locis citatis. Ita uerbis his אל תיראו תחזקנה ידיכם hortatur ad struendum animose templum sine ullo metu propter magnitudinem bonorum promissorum Christo uenturo.

כאשר זממתי להרע

Non solum promissiones antedictas repetendo uelut exponit fidemq; earum adaugere nititur: sed etiam diuinam beneuolentiam erga reduces amplificare toties idem bonum repetendo: significaréq; hoc esse tempus hunc esse populum has esse cogitationes pacis, de quibus Iere 29. prædixit. Quomodo cogitarit Deus affligere Iudæos: satis liquet ex Prophetis. ולא נחמתי Deum non pænituisse : illum resipiscere nolentes inuitum quidem punijsse, uerum coactum propter iusticiam & ueritatem comminationum, ut facere iudicia cognoscatur, & in facinore suo impius irretiatur.

כן שבתי זממתי בימים האלה להטיב

Cogitare Deum Ierosolymæ domuiq; Iudæ benefacere est: Deum uelle regnum Iudaicum duntaxat propter Christum urbemq; Solymam sic instaurare beareq;, ut Dan. 9. Petiuit & Ier. 29. promisit. אל תיראו promissionibus ideo bifidam addit hortationem ad confidendum exædificandumq; (supra enim dixit

dixit ותחזקנה ידיכם quia tam fuit difficile meticulosos & diffidentes Iudæos ob statum rerum omnium pessimum, animosos & paratos ad exædificandum reddere, quàm pater filium percussum ægrè placat adque officium reuocat.

Enimuero ne Iudæi promissiones de rebus temporalibus amplecterentur, & Dei uerbum negligerent (ut assolent ij, qui cum audiunt fidem solam coram Deo iustificare: nil operum bonorum faciunt coram hominibus: nescientes legis & Euangelij differentiam usumque esse, ut Deo Euangelij fide, proximo bonis operibus seruiatur, iuxta illud, Fides per dilectionem operans) promissionibus non ideo tantum subijcit leges: ut discatur promissiones nonnisi ad pœnitentiam agentes spectare: sed etiam ut obseruetur, ideo confidentibus opera præscribi, ne reddantur securi: diffidentibus autem ideo promissiones ingentes fieri ne desperent.

VII. LOCVS ERGO SEPTIMVS habet doctrinam fidei & charitatis: qui est uelut decalogi exegesis.

אלה הדברים אשר תעשו

Præscribit tribus ordinibus, quid dicere & facere debeant: iuxta legem & Euangelion Dei.

דברו אמת ueritatem loqui cum proximo, est: non solum publicè uerbi ministros, sed etiam priuatim quemuis hominem uel magistratum uel subditum loqui ueritatem legalem & Euangelicam nilque illi contrarium: est enim אמת sermo cum lege Dei & Euangelio Christi congruens.

אמת ומשפט שלום שפטו בשעריכם Hortari uult omnes & singulos uerbi ministros magistratus homines, ut & doctrinæ sanæ & paci communi studeant: eamque conseruent in hoc, ut omnes homines tranquillè Dei uerbum audire, & secundum illud uiuere possint: Summa, uult ministros uerbi, magistratus, omnes homines de rebus diuinis & humanis secundum legem & Euangelion sentire loquique, & tale iudicium pronunciare: quale Psal. 58. doctoribus: Paulus 1. Cor. 14. Mose Deu. 17. requirunt. Horsum sellæ iudiciariæ. Psa. 122.

ואיש את רעת רעהו אל תחשבו בלבבכם Cogitare proximo suo nocere, est contra tabulam secundam in animo ferre aliquid, dicere, aut facere, quod fit inuidendo uolendoque nocere. Ideo dicit בלבבכם ut primo subindicet: Voluntatem cordis nocendi, uelut causam & radicem esse maledictorum & malefactorum contra proximum tanquàm effectuum: Deinde odium & nocendi significationem externam, haud minus esse peccatum ante Deum, quàm ipsum damnum illatum proximo conuiciumque in proximum dictum.

ושבעת שקר אל תאהבו amare periurium seu peierare, est: fidem datam uel Deo uel homini non seruare. Vt si quis datam fidem in baptismo Christo non seruet: aut deiurium uiolet docendo falsum aut negando ueritatem Euangelicam, peierare Christo dicatur. Aut si quis tabulis obsignatis coram testibus datam fidem non seruet, homini peierare dicatur: sitque eiusmodi coram Deo & hominibus periurus adpellandus. Grammatici definiunt peierare esse, falso & animo nocendi iurare, seu iuramentum infringere. Sicut Pseudoprophetæ iurant: hæc dicit Dominus: & mentiuntur. Et in contractibus iurant homines & fallunt.

כי את כל אלה אשר שנאתי Comminatur transgressoribus uisitationem iniquitatis in tertiam & quartam generationem. Docet igitur cogitationes seu uoluntates malas uitare, ut sublatis ijs ceu causis, effectus, hoc est, male acta &

malefacta cessent. Vt incredulitas est radix peccatorum omnium contra Deum & tabulam primam: sic odium proximi est radix omnium peccatorum contra tabulam secundam, id est, maledictorum & malefactorum. Cur uerò docet, non amandum esse periurium.) nisi quòd: sicut negans Christum in terris ab illo negabitur in cœlis: ita iurans proximo, nec seruans, regno cœlorum excluditur, Ps. 15. non resipiscens. Omnes transgressores decalogi puniet Deus peccantium iudex & resipiscentium pater.

VIII. LOCVS OCTAVVS Alludens quasiq; respondens ad quæstionem de ieiunio, septimo capite: promittit Iudæis ædificantibus urbem & ædem, dierum festorum à Deo præscriptorum gaudium & læticiam loco fletus & tristiciæ ieiuniorum à Deo non præceptorum, si dilexerint ueritatem & pacem.

Occasio ieiuniorum, quarti, quinti, septimi decimi, mensium: fuerunt calamitates, quæ Iudæis acciderunt mensibus dictis. Quia namq; mense quarto Ierosolymæ captæ fuerunt à Babyloniis: & mense quinto crematæ 4. Re. ul. & Iere. 52. Quia mense septtimo Gedalias occisus fuit, & populus reses in Aegyptum profugit 4. Reg. ul. Quia mense decimo tantæ rumor calamitatis ad Iudæos captiuos in Babylone perlatus fuit. Ecce Iudæi mensibus prædictis, sibimetipsis ieiuniorum tristiciam ac luctum in hoc elegerunt, ut & urbis & templi uastationem deplorarent, & opem diuinam ad urbis templiq; refectionem implorarent. Lucet hic Iudæorum adfectus è Ps. 137.

Vt uerò Deus capite priore damnauit hæc ieiunia: sic uerbis his כה אמר יהוה צבאות צום ea penitus abrogat, uelut à Deo non præcepta: inq; locum eorum surrogat dies festos in lege præceptos. Lex Festorum, recenset Le. 23. Sabathum, Pascha, Pentecoste, Scenopegia, Festum tubarum & reconciliationis. Horum uidelicet Festorum gaudium & læticiam dulciss. & maximam promittit exædificantibus urbem ac ædem loco tristiciæ summæ ieiuniorum acerbissimorum: sed condicionaliter, id est, si ueritatem & pacem amauerint in diebus prædictis.

Est autem ueritatem amare: Dei uerbum amare ita, ut illi soli credas corde: id solum confitearis ore: secundum id solum & sacrifices & uiuas. Opponit enim ueritatis amorem amori mendacii: sicut Ps. 4. Pacem autem amare, est: amare proximum ita, ut Christus præcipit Matth: 7. Quicquid uultis ut uobis homines faciant id facite illis. Sicut igitur uerbis his: צום רביעי & cæteris: quasi respondens ad quæstionem capite septimo de ieiunio factam: iubet desinere ieiunare, sicut Deus non præcepit, & dies festos agere, sicut in lege scriptum est. Ita uerbis his: והאמת והשלום אהבו significat: ea tamen conditione sibi quos dies Festos celebraturi sint placituros, si Deum iuxta tabulam primam, & proximum iuxta tabulam secundam amauerint. Non uult in hoc exædificari Ierosolymam: ut in ea denuo præuaricentur ac helluentur inquientes: nunc bibendum & pede libero pulsanda tellus. Sed ut in ea uiuentes secundum uerba decem gratias agant Deo pro liberatione ex captiuitate Babylonica & refectione Ierosolymæ, in quam uenturus sit Messias ille mundi Saluator.

IX. LOCVS VLTIMVS promittit cum Iudæis ex omnibus gentibus Ierosolymam reuersuris post captiuitatem: simul gentes per Iudæos

conuersas uenturas inque templo sacra præscripta facturas. Per enim ciues, populos, urbes multas, gentium agmina, decem uiros ex omnium gentium linguis: intelligendi sunt ij tantum, qui cum Iudæis reducibus Ierosolymam rei diuinæ gratia uenerunt. Sicut & Lucas Act.2. proselytos uenisse dicit Ierosolymam, cum Iudæis ex omni natione, quæ sub cœlo est.

יבאו עמים וישבי ערים

Venire, ire, dicere eamus unà, ibimus uobiscum, & ego ibo: uerba & facta sunt Iudæorum & proselytorum mutuò se cohortantium & uenientium Ierosymam tempore præscripto Exodi Leuiticique uicesimo tertio. Quid autem uenientes Ierosolymam facturi sunt inquis? respondit primum לחלות את פני יהוה Est autem precari faciem Domini: petere à Deo remissionem peccatorum in nomine Messiæ uenturi bonaque in Christo promissa: iuxta consecrationem templi Solomonei sonantem 3.Reg.8. Si uenerit alienigena qui non est Iudæus è terra longinqua propter nomen tuum (audient enim de nomine tuo magno) ut adoret in hoc templo: tu Deus audire digneris illum è cœlo dareque oranti quod petit: ut omnes populi terræ nomen tuum cognoscant & metuant instar Israelis. Dein ait לבקש את ייי צבאות Est autem querere Dominum exercituum: facere quidem sacra lege præscripta: sed toto corde inuocare Deum in nomine Messiæ, sicut Dauid Ps.34. querebat Dominum.

עשרה אנשים מכל לשנות הגוים והחזיקו בכנת איש יהודי

Decem uiros ex omnium gentium linguis adprehendere fimbriam uiri Iudæi, significat hebraica phrasi: multas gentes cum Iudæis reducibus Ierosolymam precatum uenturas. Quando? illis diebus: hoc est, dum Iudæi liberati erunt à captiuitate temporeque præscripto. Cur autem gentes cum Iudæis uenturę Ierosolymam sunt? quia dominum esse uobiscum audiuimus inquiunt. Audire uero Dominum esse cum Iudæis, est: audiri Dei legis & promissionum explicationem, ita ut non solum ipsemet timeas Deum & credas Christo, sed etiam alios idipsum doceas. Nisi regina diuitis Arabiæ de Solomonis templo audiuisset, Ierosolymam haud uenisset: ut ipsamet 3.Reg.10. confitetur auditis se maiora uidisse. Nisi magnus Alexander per uisionem ab angelo doctus fuisset: haud uenisset Ierosolymam & in templo sacrificasset: teste 1. Iose.8. Nisi cubicularius reginæ Candaces audiuisset de templo Solymo, non uenisset precatum faciem Dei, Act. 8. Vt ergo uerbis his עד אשר יבאו עמים וישבי ערים רבים והלכו ex omnibus sequentibus ideo promittit instar Hagæi gloriam templi posterioris fore maiorem quàm prioris cum piæ gentes cum reducibus Iudæis uenerunt: ut consoletur eos adhuc struentes, & ob difficultatem ædificandi satis hactenus contristatos. Ita uerbis his כי שמענו אלהים עמכם causam reddit aduentus gentium Ierosolymam: nempe, fidem in Deum ex auditu uerbi perceptam.

Est hæc quidem sententia diuinæ promissionis simplex ac uera: sed quoniam omnia quæ dicuntur ac fiunt, in unum Christum ceu scopum diriguntur: equidem haud refragabor ijs, qui diuinam promissionem de corporali Ierosolyma, de Ierosolyma quoque spirituali sic interpretantur ἀλληγορικῶς. Ierosolyma corporalis significat Ierosolymam spiritualem Zach.2. Omnes gentes non minus ad Ierosolymam spiritualem uocari, quàm Iudæos omnes: lucet ex uniuersali promissione, Gen.12. & Prophetia de gentibus, Esa.2. Et templum & sacra

Christum & noui testamenti ministerium Ecclesiamq́; præfigurasse: testatur ad Hebræos Epistola. Christum Paulus uocat imaginem Dei Col. 1. Eundem uocat Esa. 6. Dominum exercituum. Voces hæ: נלכה ואני אלך Eamus una ibo & ego: significant idem hic quod Esa. 2. Venite eamus ad montem Domini. Numerum denarium certum pro incerto, hoc est, multis sumi: quis est qui nesciat? Vt autem diximus Iesaiæ sexto fimbriam significare Christi humanitatem: ita uirum Iudæum uel Christum uel Apostolos eius, Zach. 9. significare dicunt. Ex quo perspicuum: fimbriam adprehendere dicereq́;: ibimus uobiscum, quia Dominus est uobiscum.) esse: per uerba signaq; Christi & Apostolorum uocatos ad credendum Euangelio uenire fide in Ecclesiam Christi. Quid pluribus opus? Paulus ait Rom. 12. Prophetia sit analoga fidei. Hæc allegoria cum Dei uerbo & fide Christiana consentit. Est igitur quod ijs qui promissionem hanc diuinam intelligunt etiam de Ierosolyma spirituali suffrager.

CAPVT NONVM.

מַשָּׂא	דְבַר	יְהוָה	בְּאֶרֶץ	חַדְרָךְ	וְדַמֶּשֶׂק
מֹטַל	פִּתְגָמָא	דַּיְיָ	בְּאַרְעָא	דָּרוֹמָא	וְדַמֶּשֶׂק
λῆμμα	λόγου	κυρίου	ἐν γῇ	σέδραχ	καὶ δαμάσκου
Onus	uerbi	Domini	contra terram	Hadrach	& Damascon
die last	worts	des Herrn	vber das Land	Hadrach	vnd Damascon

מְנֻחָתוֹ :	כִּי	לַיהוָה	עֵין	אָדָם	וְכֹל שׁ
שְׁבִינְתֵּיהּ :	אֲרֵי	קֳדָם יְיָ	גְּלַן	בְּנֵי אֱנָשָׁא	וְכֹל
πεποίθησις αὐτοῦ.	διότι	κύριος	ἐφορᾷ	ἀνθρώπους	καὶ πάσας
fiduciam eius.	(nam)	Dominus	(respicit)	homines	& cunctas
auff welche sichs verlest	Denn	der Herr	schawet	die Menschen	vnd alle

שִׁבְטֵי	יִשְׂרָאֵל :	וְגַם	חֲמָת	תִּגְבָּל	בָּהּ
שִׁבְטַיָּא	דְּיִשְׂרָאֵל :	וְאַת	חֲמָת	תְּחוּב	בֵּית
τὰς φυλὰς	(τοῦ ἰσραήλ.	καί γε	ἡμάθ	τοῖς ὁρίοις	ἐν αὐτῆς
familias	(Israel	Et super	Hamath	quæ finit	illam
stemme	(Israel	vnd vber	Hamath	das grentzet	dran

צֹר	וְצִידוֹן	כִּי	חָכְמָה	מְאֹד :	וַתִּבֶן	צֹר
צֹר	וְצִידוֹן	אֲרֵי	תַּקִּיפַת	לַחֲדָא :	וּבְנַת	צוֹר
τύρος	καὶ σιδών	διότι	κατεφρόνησαν	σφόδρα.	καὶ ᾠκοδόμησε	τύρος
super Tiron	superq; Sidon	quod	sapit	ualde.	& edificauit	Tirus
vber Tiron	vnd vber Zidon	das	sie weis sind	fast	vnd bawet	Tirus

מָצוֹר	לָהּ	וַתִּצְבָּר	כֶּסֶף	כֶּעָפָר	וְחָרוּץ
תּוּקְפָּא	לַהּ	וּכְנַשַׁת	כַּסְפָּא	כְּעַפְרָא	וְדַהֲבָא
ὀχύρωμα	αὑτῆς	καὶ ἐθησαύρισεν	ἀργύριον	ὡς χοῦν	καὶ χρυσίον
munitionem	sibi	& cumulauit	argentum	ut puluerem	& aurum
feste	ir	vnd samlet	silber	wie sand	vnd Gold

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0096-9

כְּטִיט חוּצוֹת׃ הִנֵּה אֲדֹנָי יוֹרִשֶׁנָּה וְהִכָּה

הֵיךְ סַיִין שׁוּקִין׃ הָא יְיָ מְתָרֵיךְ לַהּ וְיִמְחֵי

ὡς πηλὸν ὁδῶν. ἰδοὺ κύριος ἀπολέσει αὐτὴν καὶ πατάξει

ſicut lutum platearum. Ecce Dominus deuaſtabit eam & percutiet

wie Kot auff der gassen. Sihe der HErr wird sie verterben vnd wird schlahen

בַּיָּם חֵילָהּ וְהִיא בָּאֵשׁ תֵּאָכֵל׃ תֵּרֶא

בְּיַמָּא עֻתְרַהּ וְהִיא בְּנוּרָא תִּתּוֹקַד׃ תֶּחֱזֵי

εἰς θάλασσαν δύναμιν αὐτῆς καὶ αὕτη ἐν πυρὶ καταναλωθήσεται. ὄψεται

in mari exercitum eius eritq; uelut igne conſumta. uidebit

die sie auffm Meer hat jre macht vnd wird sein als mit fewr verbrand Es wirds sehen

אַשְׁקְלוֹן וְתִירָא וְעַזָּה וְתָחִיל מְאֹד ו

אַשְׁקְלוֹן וְתִתְבְּהַל וְעַזָּה וְתִזּוּעַ לַחֲדָא

ἀσκαλὼν καὶ φοβηθήσεται καὶ ἄζα καὶ ὀδυνηθήσεται σφόδρα

Aſcalon & formidabit & aſa & dolebit ualde

Aſcalon vnd wird erschrecken vnd Asa vnd wird jr angst sein sehr

וְעֶקְרוֹן כִּי הוֹבִישׁ מֶבָּטָהּ וְאָבַד מֶלֶךְ

וְעֶקְרוֹן אֲרֵי בְהִיתַת חֲזוּיַת וְיֵבַד מַלְכָּא

καὶ ἀκορὼν ὅτι ᾐσχύνθη ἐπὶ τῷ παραπτώματι αὐτῆς καὶ ἀπολεῖται βασιλεὺς

& Accaron ſanè pudebit dum uiderit id nam interibit Rex

vnd Ekron dazu (wird betrübt sein) wenn sie sölchs sihet (denn es wird aus sein) mit dem König

מֵעַזָּה וְאַשְׁקְלוֹן לֹא תֵשֵׁב׃ וְיָשַׁב מַמְזֵר

מֵעַזָּה וְאַשְׁקְלוֹן לָא תִתְּיְתֵיב׃ וִיתוּבוּן בֵּית יִשְׂרָאֵל

ἐκ ἄζα καὶ ἀσκαλὼν οὐ μὴ κατοικηθῇ. καὶ κατοικήσει νόθος

de Aſa & Aſcalon haud incoletur. & habitabit ſpurius

von Asa vnd Ascalon nicht wird bewonet. vnd werden wonen Hurkinder

בְּאַשְׁדּוֹד וְהִכְרַתִּי גְּאוֹן פְּלִשְׁתִּים׃ וַהֲסִרֹתִי

בְּאַשְׁדּוֹד וְאֲבַטֵּיל רְבוּת פְּלִשְׁתָּאֵי׃ וְאַעְדֵּי אִכְלֵי

ἐν ἀζώτῳ καὶ καθελῶ ὕβριν φυλιστιείμ. καὶ ἐξαρῶ

in Aſot excindamq; ſuperbiam Paleſtinorum. Et auferam

zu Asdod vnd wil ausrotten den pracht der Philister. Vnd ich wil thun

דָּמָיו מִפִּיו וְשִׁקֻּצָיו מִבֵּין שִׁנָּיו וְנִשְׁאַר

דְּמְהוֹן מִפּוּמְהוֹן וְשִׁקְצְהוֹן מִבֵּין שִׁנֵּיהוֹן וְיִשְׁתַּאֲרוּן

αἷμα αὐτῶν ἐκ στόματος αὐτῶν καὶ βδελύγματα αὐτῶν ἐκ μέσου ὀδόντων αὐτῶν καὶ ὑπολειφθήσονται

ſanguinem eius ab ore eius & abominationes eius è medio dentium eius ut ſuperſint

jr blut von jrem mund vnd jre grewel von jren zenen das sie vberbleiben

גַּם הוּא לֵאלֹהֵינוּ וְהָיָה כְּאַלֻּף בִּיהוּדָה

אַף אִינוּן עַל רַחֲלְתָנָא וִיהוֹן כְּרַבְרְבִין בְּבֵית יְהוּדָה

καί γε οὗτοι τῷ θεῷ ἡμῶν ἔσονται ὡς χιλίαρχος ἐν ἰούδᾳ

quoq; ipſi Deo noſtro ut ſint inſtar principis in Iuda

auch sie vnserm Gott das sie werden wie Fürsten in Juda

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0097-5

וְעֶקְרוֹן כִּיבוּסִי׃ וְחָנִיתִי לְבֵיתִי מִצָּבָה מֵעֹבֵר

וְעֶקְרוֹן כִּירוּשְׁלֵם ׃ וְאַשְׁרֵי בְּבֵית מַקְדְּשִׁי שְׁכִינַת יְקָרִי
τὸ μὴ πορεύεσθαι ἀνάστημα τῷ οἴκῳ μου καὶ ὑποστήσομαι ὡς Ἰεβουσαῖος καὶ Ἀκκαρὼν
exeuntia castra in domo mea. & metabor instar Iebusæi & Accaron
die auszihen mit Kriegsvolck mein haus vnd ich wil besetzen wie die Jebusiter vnd Ekron

וּמִשָּׁב וְלֹא יַעֲבֹר עֲלֵיהֶם עוֹד נֹגֵשׂ

וּמְדַתָּאִיב וְלָא יְעִיבַר עֲלֵיהוֹן עוֹד שׁוּלְטָן
ἐξελαύνων ἔτι ἐπ' αὐτοὺς ἐπέλθῃ ἵνα μὴ καὶ μὴ ἀνακάμπτειν
Exactor *amplius eos obruat ut non & intrantia*
der treiber mehr sie vberfare das nicht vnd die einzihen

כִּי עַתָּה רָאִיתִי בְעֵינָי׃ גִּילִי מְאֹד בַּת צִיּוֹן

אֲרֵי כְּעַן חֲזֵית בְּעֵינָי ׃ בּוּעִי לַחֲדָא כְּנִישְׁתָּא דְצִיּוֹן
σιὼν θύγατερ σφόδρα χαῖρε ἐν ὀφθαλμοῖς μου ἑώρακα νῦν διότι
Zion Filia *uehementer exulta oculis meis. aspectaui* Nunc *quia*
Sion du Tochter sehr frew dich mit meinen augen. Jch habs angesehen Nu Denn

הָרִיעִי בַּת יְרוּשָׁלַםִ הִנֵּה מַלְכֵּךְ יָבוֹא לָךְ

וּבוּעִי כְּנִישְׁתָּא דִירוּשְׁלֵם הָא מַלְכִּיךְ אָתֵי לְגַוִּיךְ
σοι ἔρχεται βασιλεύς σου ἰδοὺ Ἱερουσαλὴμ θύγατερ κήρυσσε
tibi ueniet rex tuus Ecce *Ierusalem filia iubila*
zu dir kompt dein König Sihe Jerusalem du tochter jauchtze

צדיק

צדיק ונושע הוא עני ורכב על חמור
זכאי ופריק הוא עינותן ורכיב על חמרא
ὑποζύγιον ἐπὶ καὶ ἐπιβεβηκὼς πένης αὐτὸς καὶ σώζων δίκαιος
asino super & sedens pauper ipse & seruator Iustus
einem esel auff vnd reitet arm Er vnd ein Helffer ein gerechter

ועל עיר בן אתנות : והכרתי רכב מאפרים
ועל עיל בר אתנן : ואשיצי רתיכין מאפרים
ἐξ Ἐφραὶμ ἅρματα καὶ ἐξολοθρεύσει ὄνου. νέον πῶλον καὶ ἐπὶ
ex Ephraim quadrigam ac excindam asinarum. fetu pullo superq;
von Ephraim die wagen vnd ich wil abthun der Eselline. jungen—füllen vnd auffm

וסוס מירושלם ונכרתה קשת מלחמה
וסוסין מירושלם ויתבר תקות עבדי קרב
πολεμικὸν τόξον καὶ ἐξολοθρευθήσεται ἐξ Ἱερουσαλὴμ καὶ ἵππον
bellicus arcus excindeturq; ex Ierusalem & equum
der streit————bogen vnd sol zubrochen werden von Jerusalem vnd die rosse

ודבר שלום לגוים ומשלו מים עד ים
ומשיחית שלמא עממיא וישלוט מימא עד ימא
θαλάσσης ἕως ἀπὸ θαλάσσης. καὶ κυριότης αὐτοῦ τοῖς ἔθνεσι εἰρήνην καὶ ἐρεῖ
mare ad à mari & imperium eius gentibus pacem & loquetur
Meer bis vom Meer vnd sein Herrschafft vntern Heiden fried vnd er wird leren

ומנהר עד אפסי ארץ : גם את בדם
ומפרת עד סיפי ארעא : את אתון די על דמא
ἐν αἵματι σὺ καί γε γῆς. διαβολὰς ἕως καὶ ἀπὸ ποταμῶν
in sanguine tu Item terræ. fines ad & à flumine
durchs blut du auch der welt. ans ende bis vnd vom wasser

בריתך שלחתי אסיריך מבור אין מים
קיימך שליחתא אסירך מגובא דלית מיין
ὕδωρ οὐκ ἐκ λάκκου δεσμίους σου ἐξαπέστειλας διαθήκης σου
aqua in quo nulla de lacu captiuos tuos emittis fœderis tuis
Wasser da kein aus der gruben deine gefangene du lest aus deines Bunds

בו שובו לבצרון אסירי התקוה : גם
בית תובו לצירא אסיריא דסוברא : את
καί γε εἰς ἐλπίδα. δέσμιοι πρὸς ὀχύρωμα καθήσεσθε ἔχοντος
quinetiam qui spem habuistis. uincti ad munitionem Conuertimini est
Denn auff hoffnung. jr gefangen zur festung Keret euch jnnen ist

היום מגיד משנה אשיב לך : כי
דיומא בחואה תרין דאתיב לך : ארי
διότι σοὶ ἀνταποδώσω διπλᾶ ἐξαναγγελῶ σήμερον
Nam tibi sum redditurus duplicia adnuntio hodie
Denn dir ich wil vergelten zwifeltigs ich wil verkündigen heute

דָרַכְתִּי לִי יְהוּדָה קֶשֶׁת מִלֵּאתִי אֶפְרַיִם *)

בְּעַטִית קֳדָמַי דְבֵית יְהוּדָה קַשְׁתָּא אֲקֵיִים אֶפְרַיִן

ἐνέτεινά ἐμαυτῷ Ἰούδα τόξον ἔπλησα Ἐφραιμ

tetendi mihi Iudam (uelut arcum) compleui Ephraim

ich hab gespannet mir Juda zum bogen Ich hab gerüstet Ephraim

וְעוֹרַרְתִּי בָנַיִךְ צִיּוֹן עַל בָּנַיִךְ יָוָן *)

וְאָעִיר בְּנַךְ צִיּוֹן עַל בְּנֵי עַמְמַיָּא

καὶ ἐξεγερῶ τέκνα σου Σιὼν ἐπὶ τέκνα σου Ἑλλήνων

excitaboq; filios tuos Zion contra filios tuos Græcia

vnd ich wil erwecken deine kinder Zion vber deine kinder Griechenland

וְשַׂמְתִּיךְ כְּחֶרֶב גִּבּוֹר׃ וַיהוָה עֲלֵיהֶם

וְאֲשַׁוֵּינָךְ כְּחַרְבָּא בִּיד גִּבָּרָא׃ וַיְיָ עֲלֵיהוֹן

καὶ τίθημι ὡς ῥομφαίαν μαχητοῦ. καὶ κύριος ἐπ᾽ αὐτοὺς

ponamq; te uelut gladium Dynastæ. ac Dominus super eos

vnd wil dich stellen wie ein Schwerd der riesen. vnd der Herr vber jn

יֵרָאֶה וְיָצָא כַבָּרָק חִצּוֹ וַאדֹנָי יְהוִה בַּשּׁוֹפָר

יִתְגְּלֵי וִיהוֹן נָפְקִין כְּבִרְקִין פִּתְגָּמוֹהִי וּמִן קֳדָם יְיָ אֱלָהָא בְּשׁוֹפָרָא

ὀφθη ἐξελεύσεται ὡς ἀστραπὴ βολὶς αὐτοῦ καὶ κύριος κύριος ἐν σάλπιγγι

exorietur & euolabit instar fulguris telum eius & Dominus (Deus) tuba

wird erscheinen vnd werden auffaren wie der blitz seine pfeile vnd der HERR HErr die Posaunen

יִתְקָע וְהָלַךְ בְּסַעֲרוֹת תֵּימָן׃ יְהוָה צְבָאוֹת

יִתְקַע וְיִדְבַּר בְּעַלְעוֹל רוּחָא מַדְרוֹמָא׃ יְיָ צְבָאוֹת

σαλπιεῖ καὶ πορεύσεται ἐν σάλῳ ἀπειλῆς. κύριος παντοκράτωρ

clanget & incedet intempestatibus austri. Dominus exercituum

wird blasen vnd wird einher treten als die wetter von mittage. der Herr Zebaoth

יָגֵן עֲלֵיהֶם וְאָכְלוּ וְכָבְשׁוּ אַבְנֵי קֶלַע וְשָׁתוּ *)

יָגֵין עֲלֵיהוֹן וְיֵיכְלוּן וְיִכְבְּשׁוּן אַבְנָא בְּקַלְעָא וְיִשְׁתּוֹן

ὑπερασπιεῖ αὐτῶν καὶ κατέδονται καὶ καταναλώσουσιν ἐν λίθοις σφενδόνης καὶ ἐκπίονται

proteget eos ut deuorent ac subigant lapillis fundæ ut potent

sie wird schützen das sie fressen vnd vntersich bringen mit steinen schleuder das sie trincken

וְהָמוּ כְּמוֹ יָיִן וּמָלְאוּ כַּמִּזְרָק כְּ *)

אִיתְרַגְּשׁוּ כְּמָא חֲמַר וּמַלְיוּן מִזְרְקָא

θορυβάζουσιν ὡς ἀφ᾽ οἶνου καὶ πλησθῶσι ὡς φιάλαι

debacchentur uelut à uino & compleantur ceu phialæ

rumorn als vom wein das sie vol werden als die becken

כְּזָוִיּוֹת מִזְבֵּחַ׃ וְהוֹשִׁיעָם יְהוָה אֱלֹהֵיהֶם *)

כְּזָוִיתָא מַדְבְּחָא׃ וְיִפְרְקִינוּן יְיָ אֱלָהָהוֹן

ὡς γωνίαι θυσιαστηρίου. καὶ σώσει αὐτοὺς κύριος θεὸς αὐτῶν

uelut anguli altaris. & seruabit eos Dominus Deus eorum

wie die ecken des altars vnd wird jn helffen der Herr jr Gott

ביום

(* בַּיּוֹם הַהוּא כְּצֹאן עַמּוֹ : כִּי אַבְנֵי

בְּעִידָנָא	הַהִיא	כְּעָנָא	עַמֵּיהּ :	אֲרֵי	אַבְנָא
ἐν ἡμέρᾳ	ἐκείνῃ	ὡς πρόβατα	λαοῦ αὐτοῦ.	διότι	λίθοι
in die	illa	ceu gregem	populi ſui.	Nam	lapides
am tage	demſelben	wie einer Hert	ſeines volcks.	Denn	ſteine

(* נֵזֶר מִתְנוֹסְסוֹת עַל אַדְמָתוֹ : כִּי מַה

בְּלִילָא	לְאִיתְנַסָּאָה	עַל	אַרְעֵיהּ :	אֲרֵי	מָה
ἅγιοι	κυλίονται	ἐπὶ	γῆς αὐτοῦ.	ὅτι	ἔτι
conſecrati	eleuabuntur	in	terra ſua.	Nam	quid
geweihete	werden empor geſtellet werden	in	ſeinem Land.	Denn	was haben ſie

(* טּוּבוֹ וּמַה יָּפְיוֹ דָּגָן בַּחוּרִים וְתִירוֹשׁ

טוּב	וּמָה	יָאֵית	עִבוּרָא	עוּלֵימַיָּא	וַחֲמַר
ἀγαθὸν αὐτῶν.	καὶ τί	καλὸν αὐτῶν.	σῖτος	νεανίσκοις	καὶ γλεῦκος
boni in eis?	& quid	pulchri in eis?	frumentum	adoleſcentes	& muſtum
guts bey jne?	vnd was	ſeins bey jne?	Korn	Jünglinge	vnd moſt

(* יְנוֹבֵב בְּתוּלוֹת :

פָּרַת	בְּתוּלָתָן :
ἐνωδιάζων	εἰς παρθένους.
parturiens	uirgines.
zu zeugen	Jungfrawen.

CAPVT Nonum eſſe uaticinium Euangelicum de regno magni Dei & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti: teſtatur Matthæus capite uiceſimo primo. Orditur quidem legaliter à diris & pænis Iudæorum hoſtibus debitis ob peccata: ſed deſinit ita cum Euangelica doctrina, ut caput hoc non uaticinium, ſed Euangelion de Chriſto uocari poſsit. Nos igitur Euangelion diuidamus in locos tres gratia docendi.

I. LOCVS PRIMVS comminatur malis uicinis Iudæorum, Syriæ, Damaſco, Antiochiæ, Tyro, Sidoni, Aſcaloni, Gaſæ, Egranæ, Aſoto, Palæſtinæ, uaſtationem per Alexandrum & Romanos: quam cum ſuis rationibus etiam deſcribit. Vaſtatos autem per Euangelion tam feliciter ad Chriſtum' iri conuerſum promittit: ut ex inimicis Iudæorum amici facti, non minus Chriſtum quàm Apoſtoli & diſcipuli ſint prædicaturi.

משא דבר יהוה בארץ חדרך ודמשק מנחתו

Comminatur peccatis Syriæ totius pænas. משא comminatio & uaſtatio prædicta. ארץ חדרך ab חד lætum & רך delicatum, quaſi terram lætam & delicijs aſſuetam: Syria uerſus aquilonem Iudeæ ſita regio Aſiæ, inter Euphratem & mare magnum uſq; ad Aegyptum pertingens: cuius metropolis eſt דמשק Iudeæ terminus ad ſeptentrionem. Cui Zacharias ait Infra: Antiochiam eſſe conterminam. Præter cæteras prouincias habet Syria Phœnicem & Palæſtinam: in quibus urbes infra nominatæ ſunt.

כי ליהוה עין ארם וכל שבטי ישראל

Rationem comminationis reddere uult, docereq;: ideo Deum iuſtum non eſſe reſpectorem perſonarum in malis puniendis: ut non ſolum peccata

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0101-1

gentium æquè puniat ac Iudæorum, sed etiam à Iudæis incipiat: ut gentes sibi magis timere discant. Ingeniosè gentes uocat ארם quod Atheæ sint, & à testamentis promissionis alienæ: Iudæos uerò tribus Israelis, quod haberent promissionem de Christo factam Israeli seu Iacobo, Gen. 28. Sic enim Ps. 147. Iudæos quoq; à gentibus secernit dicens: non fecit taliter ulli nationi.

I. וגם חמת תגבל בה צר וצידון כי חכמה מאד: ותבן צר מצר לה
ותצבר כסף כעפר וחרוץ כטיט חוצות

חמת Antiochia, ubi primum discipuli uocati sunt Christiani. צר וצידון Tyrus & Sydon: urbes Pheniciæ. חכמה מאד ותבן מצר ותצבר כסף contra mandatum primum, & sine uerbo Dei, sapientiam omnem in eo positam arbitrari, ut munitiones aduersus hostes extruantur: et thesaurus aduersus penuriam omnem superfluus colligatur: talibusq; præsidijs ut Dijs fidere. Non solum peccata terrarum & urbium nominatarum contra primum mandatum describit, imò contra tabulam primam, qua semel omnis impietas cordis, oris, corporis, aduersus Deum prohibetur, exitiumq; urbes & terræ promerentur. Sed etiam docet: hostium diras plus metuere quàm comminationes Decalogi, præsidijsq; humanis plus fidere quàm promissionibus diuinis: hæc demum peccata esse animaduertenda in tertiam & quartam generationem, imò ob incredulitatem perpetuò.

הנה אדני יורשנה והכה בים חילה והיא באש תאכל: תרא אשקלו ותירא
ועזה ותחיל מאד ועקרון כי הוביש מבטה ואבד מלך מעזה ואש קלון
לא תשב: וישב ממזר באשדוד והכרתי גאון פלשתים:

Non solum excidium Tyri peccatis antedictis promeritum describit: quod onus Tyri per Alexandrum magnum est factum hac occasione. Dum enim Tyrij mitterent Alexandro coronam auream in titulum gratulationis: ipseq; peteret à Tyrijs, ut sinerent illum in urbem uenire, Herculiq; sacrificare: ecce negantibus id Tyrijs bellum indicit Tyrumq; expugnat. Post Alexandrum Tyrus refecta, in Romanorum quoq; dicionem est redacta. Sed etiam excidium Palæstinæ Iudæorum inimicæ magnæ, per Alexandrum & successores factum: inter extructi templi et aduentus Christi tempus: nimirum ob peccata supradicta, quæ Deus punit etiam in gentibus.

אשקלון Ab Ascalo conditore: à Ierosolyma centum uiginti stadijs, teste Egesippo lib. 3. עזה Gasa Stephano dicta iuxta Aegyptum. עקרון in tribu Iuda Ios. 3. Sunt metropoles Palæstinæ, in quibus τῶν ἀλλοφυλῶν reguli: ad occidentem Iudeæ sitæ ciuitates. ממזר באשדוד Hebraismus uult dicere: Ceu spurius natus in domo, nec Hæres, attamen in domo uiuit, & bonis fruitur domesticis, & hæredibus odiosus est: ita sunt peregrini, non in urbe nati nec heredes, urbem expugnaturi, & licet odiosi ciuibus, tamen illis expulsis eorum bona possessuri.

והסירתי דמיו מפיו ושקציו מבין שניו ונשאר גם הוא לאלהינו והיה
כאלף ביהודה ועקרון כיבוסי: וחניתי לביתי מצבת מעבר ומשב ולא
יעבר עליהם עוד נוגש כי עתה ראיתי בעיני:

Prædicit ac promittit: Syriam ac Palæstinam intra tempus extructi templi & aduentus Christi uastatas corporaliter: per Apostolorum prædicationem tempore Christi in reliquijs sic instauratum & saluatum iri: ut non infe-

riores Epiſcopos Eccleſiarum & confeſſores Chriſti ſint habituræ,quam Apoſtolos habebat Iudæa & Ieroſolyma Chriſti diſcipulos atq; confeſſores.

רמיו ושקציו Diabolica blaſphemia & parricidialis aduerſitas Palæſtinorum:qui præ cæteris inimicis Iudæos crudelius,propter uerbum Dei,calumniabantur perſequebanturq;.

והסירתי Promittit ſe ſpiritu Apoſtolorum per Euangelion Chriſti ex Syris & Palæſtinis blaſphemijs & perſecutoribus reddere Chriſtianos & Iudæorum in Chriſtum credentium amicos magnos adeoq; Chriſti confeſſores.

ונשאר Reliquiæ ſaluabuntur adflictorum.

כאלת ביהודה Docet: conuerſos ad Chriſtum è Palæſtina Syriaq;, non minus Eccleſiæ daturos Epiſcopos & Apoſtolos, quàm tribus Iudæ dabat Apoſtolos,teſte Pſ.68. qualeſq; Paulus 1. Ti.3.deſcribit.

ועקרון ביבוסי Ciues Accaron non minus Chriſtum agnituros quàm ciues Solymos:ideo dictos Iebuſæos,quia Ieroſolyma fuit olim dicta Iebus:teſte Ioſe.15.

לביתי Eccleſia Chriſti,cuius etiam membra debent eſſe Palæſtini ad Chriſtum conuerſi.

וחניתי Promittit Chriſtus ſe præfecturum Apoſtolos & Euangeliſtas Spiritu plænos Eccleſiæ ſuæ,iuxta Pſ. 68. qui tranſeunt ipſi redeuntq;, dum uigilant & obſeruant,ne ſectis obruatur Eccleſia, ſed in doctrina recta conſeruetur: ut Paulus etiam officium deſcribit Epiſcoporum, in Epiſtolis ad Titum & Timotheum.

נוגש Eos præcipuè uult intelligi: qui traditionibus humanis Eccleſiam diuexant,& contra iuſticiam fidei damnant:operum iuſticiam duntaxat urgentes: ut Phariſæi, Matth.23.

בעיני Indicat Chriſtus:ſe nolle poſthac Moſi Prophetiſq; Eccleſiam ſuam regendam committere: ſed ipſummet uelle per Apoſtolos ſuos loqui,nouum teſtamentum facere, Eccleſiæ caput eſſe,ſpiritu ſuo omnia curare.

II. LOCVS SECVNDVS hortatur Ieroſolymam ad gaudendum & iubilandum: propter aduentum Chriſti:ac docet. Quis qualis, quantus, ſit Chriſtus Ieroſolymam uenturus: Chriſti regnum ſpirituale futurum: gentibus quoq; Euangelion prædicatum iri:Chriſtum ſanguine pariturum Eccleſiam,ſuperq; omnia regnaturum: Hortatur omnes ad fidem in Chriſtum.

גילי מאר בת ציון הריעי בת ירושלם הנה מלכך יבוא לך צדיק ונושע
והוא עני ורכב על חמור ועל עיר בן אתנות

Primum hortatur ciues Solymos ad credendum promiſsionibus de Chriſto ciuitati Ieroſolymæ factis:adq; confitendum illas ad ſe ſpectare.Dein rationem hortationis reddit: Deſcribens, quis, qualis, quantus,ſit Chriſtus Ieroſolymam uenturus. Simul requirit ab omnibus hominibus: ut credant promiſsiones (ſunt enim uniuerſales) ad ſe ſpectare: ut Dauid exemplo ſuo docet:inquiens, Pſ.68. Habemus Deum auxiliatorem,& Dominum à morte liberantem.

גילי Exultare, eſt: cordis fide lætari,propter gratiam Dei promiſſam in Chriſto. הריעי Iubilare, eſt: oris confeſsione, Dei beneficia per Chriſtum exhibita,prædicare tam lætè, quàm iubilant in triumphis. Ideo dicens מאר ut doceat,ex animo uehementer credendum promiſsionibus de Chriſto,lætiſſimeq; Chriſtum ore prædicandum.

בת Hebraica phrasi ciuitates adpellantur filiæ: sic ירושלם uocatur בת ציון quia fuit in monte Sione constructa.

הנה Aduerbio uult Solymos ciues tanquâm excitare è somno incredulitatis: iuberecꝫ Dei promisionem de aduentu Christi summa fide complecti: docerecꝫ aduentum eius allaturum ineffabilia bona. Simul aduerbium monstrandi cohortatur: ut regem uenturum non oculis corporis, sed cordis fide considerent æstimentcꝫ.

מלכך Non mundanus corporum Imperator, ut Augustus: sed rector animarum cœlestis, qualem ipsemet se regem profitetur Io. 19. Pronomine tuus docet: cum audis promisionem de Christo, credisꝫ ei, non solum habiturum te per fidem liberationem à legis maledicto æterno, sed etiam uitam in regno cœlorum æternam. Siquidem promisio Dei seu Euangelion Christi creditum & confessum: unicum est ἀντίδοτον certumcꝫ remedium, contra legis maledictum æternum: & unicum artificium per Christum uitam æternam consequendi.

יבוא לך Dei uerbum propte te & tuam salutem, fiet homo: qui tibi prædicet Euangelion & credenti largiatur spiritum, qui per & in te operetur cuncta, quæ conferunt ad salutem æternam. Io. 1. postquam dixit: Verbum caro factum est: subdit. Dedit eis potestatem filios Dei fieri qui credunt in nomine eius: subindicans. Per uerbum creditum uenire Christum totum ad omnes & singulos credentes: nec aliter illum quàm fide suscipi. Ergo tantum ijs prodest Christum in carnem uenisse: qui credunt secundum omnes Dei promisiones Christum sibi uenisse: ut Paulus 1. Ti. 1. Certus sermo quod Christus uenit in mundum, peccatores saluare: quorum primus ego sum.

צדיק Christum relatiuè iustum uocat: non modo quia solus est iustus inter omnes: sed etiam quia per legem iniustos omnes, per solam Euangelij fidem iustificat: teste Paulo Ro. 3. Sicut ergo Christum esse iustum, est etiam iustificatorem esse, id est, credentes iustificantem, seu iustos reputantem. Ita Christum uenire tibi iustum, est illum per Euangelij prædicationem infundere spiritum sanctum, qui per & propter solam Euangelij fidem, reddat te iustum coram Deo saluumcꝫ: teste Paulo.

ונושע Saluator adpellatur: quia populum suum liberat à peccatis suis: ut angeli uerbis utar Matth. 1. hoc est: non tantum pasione & morte sua liberat à legis maledicto, sed etiam resurrectione sua meretur benedictionem Abrahæ promissam omnibus in illum credentibus, iuxta promisiones, teste Scriptura.

עני Non ideo tantum uocat pauperem: quod Pauper nascendus sit, & natus uix habiturus ubi caput reclinet: Sed etiam, quia tam non esset quæsiturus sua, ut semetipsum & omnia sua profusurus esset in hoc, ut omnes illi credentes, uerbo Dei, Spiritu sancto, remisione peccatorum, uita æterna donarentur, iuxta illud 2. Cor. 8. Nostis gratiam Seruatoris nostri Iesu Christi qui licet diues sit, tamen propter nos pauper est factus: ut nos per eius paupertatem ditaremur.

חמור Quem Matthæus ὄνον καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου ab onere sub quo laborat eandem uocat Zacharias asinum asellæ pullum, uidelicet, non equo satum, nec conducticium, sed tantum non oneri ferundo plagiscꝫ natum. Significat asinus, ueterem hominem: pigrum uidelicet ad faciendam legem, & onustum mala conscientia propter legis transgresionem. Potest quidem hypocrita foris, uel

metu comminationis malum omittere,uel ſpe promiſsionis boni facere coram hominibus:ſed intus adeo legem odit, & omnia coram Deo præter uoluntatem facit Dei, idq; tam imperfectè: ut nullius aſini corpus tam fune ſit alligatum ad præſepe,quàm hominis conſcientia ad legis maledictum.Moſiſq; Chriſtus equitet Aſinum:perq; fidem Euangelij det Spiritum ſanctum,qui liberet à legis maledicto,detq; remiſsionem peccatorum, deq; æterna uita certificet:homo conſcientia ſit peſsima,nec Deum nec proximum diligat: ſumma,nil cogitet, dicat faciat boni.

Cur Matthæus Euangeliſta Prophetiam hanc citet alijs verbis quàm Zacharias.

MAtthæus cap. 21. citat hunc locum: ut declaret Chriſtum ueniſſe Ieroſolymam,non propter Iudæorum merita,ſed ob hanc Dei promiſsionem.Cur autem in nouo teſtamento Prophetiæ citentur alijs uerbis, quam in ueteri ſcriptæ ſunt, nemo demiretur. Contentus enim fuit Spiritus Apoſtolicus & Propheticus,ſenſum & locum Prophetiarum de Chriſto in hoc citare,ut oſtenderet: ubi ſit prædictum in teſtamento ueteri, quod Apoſtoli in nouo teſtamento dicunt impletum. Inuitarenturq; Chriſtiani ad querendum Chriſtum in ſcripturis: ſecundum illud Io. 5. ſcripturas ſcrutamini de me teſtimonium perhibentes. Etenim Chriſtianus audiens citatione Prophetiæ confirmari doctrinam Euangelicam: inducit in animum eatenus, ſe credere doctori uelle, quatenus id uerum ſit,quod pro ſuæ doctrinæ confirmatione citat. Dumq; in Scripturis quærens,inſtar Theſſalonicenſium & Berronenſium Paulum audientium: comperit uerum eſſe quod dictum eſt: Credit firmius in CHRISTVM perq; ſidem, iuſticiam coram Deo uitamq; conſequitur æternam. Studioſè fuerunt Apoſtoli breues in citando: magis uidelicet indicaturi. Prophetiarum impletionem, quàm Prophetias explicaturi. Nec ob aliud partem non totum Prophetiarum citarunt:niſi ut docerent:nos Prophetias magni facere,& in Prophetis integros locos penitus introſpicere. Sentiamus igitur Apoſtolos eo conſilio Prophetias alijs uerbis,quàm ſcriptæ ſunt à Prophetis citaſſe:ut nos in ſcripturas Chriſtum promittentes ducerent,non extra ſcripturas:quarum cognitio ad noui teſtamenti tractationem perneceſſaria. Quiaque Apoſtoli cum Prophetis uerborum ſenſu conueniunt:illos minimè putemus uerborum mutatione Propheticorum peccare.

והכרתי רכב מאפרים וסוס מירושלם ונכרתה קשת מלחמה :

Significat Chriſti regnum fore ſpirituale non ſæculare.

ודבר שלום לגוים ומשלו מים עד ים ומנהר עד אפסי ארץ :

Prædicit Chriſtum Euangelio regnaturum,& omnibus gentibus imperaturum: quod impletum, cum diceret ad Apoſtolos: ite in mundum uniuerſum.

וגם את בדם בריתך שלחת אסריך מבור אין מים בו

Apoſtrophe: non modo prædicere uult: Chriſtum paſsione ſua redempturum Eccleſiam à legis maledicto, ſecundum promiſsiones diuinas: uerum etiam ſignificare, Chriſtum mortuum reſurrecturum,& regnum ſuum ingreſſurum,ſicut ipſemet loquitur Lucæ 24. Oportuit pati Chriſtum,& in gloriam ſuam intrare.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0105-4

את בדם Pronomine את opponit noui teſtamenti ſanguinem Chriſti: taurorum & hircorum ueteris teſtamenti ſanguini, qui non potuit tollere peccata mundi: ſicut agni Dei ſanguis, teſte Heb. 9. Sicut igitur דם ſignificat hic Chriſti ſanguinem: de quo Matth. 26. Hic eſt calix in meo ſanguine. Ita ברית hic ſignificat nouum teſtamentum: quod promiſſum, Ier. 31. & Chriſtus Matth. 26. Exhibuit dicens: Hic eſt calix noui teſtamenti.

שלחת Emittere: liberare per ſanguinem à legis maledicto, Col. 2. אסירי Peccatores hæreditarij, Rom. 5: Per unum omnes peccatores & damnati. בור Maledictio legis æterna, Matth. 5. non exibis donec ſolueris extremum quadrantem. Ideo dicit אין מים בו quia ubi Spiritus ſanctus per aquam ſignificatus & promiſsionibus diuinis captiuorum animas irrigans & liberans non eſt, ibi perpetua ſitis in æſtu damnationis perpetuo eſt.

שובו לבצרון אסירי התקוה גם היום מגיד משנה אשיב לך

Hortatur ad pænitentiam & fidem in Chriſtum: addita ratione, ſeu medio, per quod Deus pænitentibus & credentibus beneficia in Chriſto promiſſa largitur.

אסירי Cuncti filij Adæ, peccato hæreditario, uelut carceri incluſos Ro. 5. Captiuorum tortor eſt Moſes, non liberans ille captiuos, ſed arctius includens, hoc repagulo, maledictus omnis tranſgreſſor, teſte Chriſto, non exibis donec ſolueris extremum quadrantem. Occiſor captiuorum ſpiritualis & corporalis eſt Diabolus ille mendax & latro. Quid hoc modo genere humano miſerabilius? Quid ergo ſupereſt? התקוה ſpes ſola diuinis è promiſsionibus de Chriſti ſanguine hauſta: imò CHRISTVS ipſemet ſpes omnium captiuorum unica.

לבצרון CHRISTVS ideo dicitur munitio: quia omnes captiui Diaboli, fugientes ad Chriſtum fide promiſsionum diuinarum, è regno Satanæ liberantur, & in regnum cœlorum transferuntur: in quo liberatio & redemtio, id eſt, ſalus æterna per Chriſtum.

שובו Conuerti ad munitionem captiuos ſpei, eſt: ſentientes captiuitatem Diaboli: id eſt, maledictum, mortem, infernum ob peccatum: petere à Deo liberationem è regno Satanæ & ſalutem æternam, per & propter ſolam miſericordiam Dei in Chriſto promiſſam: ſumma, conuerti, eſt: reſipiſcere & credere id eſt, confiteri peccatum & petere ſalutem à Deo per Chriſtum, ut etiam Eſa. 45. Cohortatur omnes ipſemet Chriſtus inquiens: Conuertimini ad me omnes fines terræ, & ſalui eritis. Hactenus de hortatione, nunc de ratione.

היום ſignificat omne tempus. משנה אשיב duplicia reddere, eſt: pænitentibus & credentibus, remiſsionem peccatorum & uitam æternam gratis largiri, quaſi pro peccato & morte. מגיד Vult ergo docere & promittere: quando & ubicunq; Dei promiſsiones ſonant, de Chriſto & creduntur: tum & ibi per fidem ſolam accipi remiſsionem peccatorum, liberationem à legis maledicto, Spiritum ſanctum, uitam æternam. Horſum Eſa. 40 Conſolamini populum meum: quia duplicia pro ſuis peccatis accepit.

Ecce autem quàm graphicè uerbi miniſterium ſeu onus Apoſtolicum Ieroſolymæ incipiendum & in orbem uniuerſum propagandum: uerbis ſequentibus deſcribii à circumſtantijs duodenis.

כי דרכתי לי יהודה קשת ומלאתי אפרים

A miſsione

A missione & familia Apostolorum. יהודה Duarum tribuum: אפרים decem tribuum uocati Apostoli sunt. דרכתי קשת arcum tendere & implere: spiritu Christi Apostolos ad prædicandum Euangelion animari; sicut Act.2. Lucas ait, Repleti Spiritu sancto loqui ceperunt.

Vult docere tria. Primum, Apostolos ex duodecim tribubus Israelis oriundos: sicut Matth. 10. sunt electi, & regna duo separata per Euangelion coalitura: nedum ex Iudæis & gentibus unam Ecclesiam futuram. Tertiò, uocatos ex Iuda & BenIamin Apostolos, in Ecclesia præcipuos futuros: ut Paulus Ps.68. Ibi regnabit paruulus BenIamin & principes Iudæ.

ועוררתי בניך ציון על בניך יון

Ab Apostolorum missione ad gentes: Apostrophe bifida, uaticinatur ac promittit: Apostolos in Sione suscitatos, id est, repletos Spiritu sancto, prædicaturos in Græcia pænitentiam & remissionem peccatorum in nomine Christi animosissimè.

ושמתיך בחרב גבור Ab efficacia & successu

Promittit uerbum Apostolicum, in Græcia tam efficax futurum, quàm Ierosolymæ. Act. 2. Petro concionante Iudæi compuncti sunt corde. Heb.4. Verbum Dei penetrabilius ancipiti gladio. Gladio spiritus accinctus pulcherrimus hominum subigit populos in medio regis inimicorum Ps.45.

ויהוה עליהם יראה ויצא בברק חצו

A præsentia Domini per Apostolos operantis. יהוה Christus est עליהם יראה Christi spiritus signis & prodigijs uerbum confirmabit. יצא בברק Euangelion Christi fideliter auditum, mentes auditorum perstringit, illuminat, rapit ad credendum. Quam uim Euangelij quasi fulguream exprimit uoce חצו telum eius. O beatas mentes quas spiritus ferit telo Christi salutifero. Planè nil aliud prædicit: quàm Marcus ultimo completum affirmat: Apostoli prædicarunt, ubiq; Domino cooperante, & sermonem signis confirmante sequentibus.

ואדני יהוה בשופר יתקע והלך בסערות תימן:

A potentia Euangelij CHRISTI. בשופר יתקע Prædicabitur Euangelion: quod idem comparatur סערות תימן tempestati meridianæ: quia prius omnia peccata legis comminationibus accusat, iudicat, damnat, quàm prædicet remissionem peccatorum. Nam resipiscentibus duntaxat, promittit remissionem & uitam æternam gratis, per & propter solam fiduciam misericordiæ in Christo promissæ. Exemplum Pauli doctrina, Rom.1. prius dicens, ira Dei è cœlo: quàm, Non me pudet Euangelij. Io. 16. Spiritus arguet mundum de peccato. Hæc illa terribilis mundo buccina & quauis horribilior tempestate: itaq; totis uiribus Euangelio resistit. Verum Paulus ait, omnium ministrorum nomine; si Deus nobiscum, quis contra nos?

יהוה צבאות יגן עליהם

A protectione, uirtute, uictoria, ministrorum uerbi. Sic protegentur ministri contra persecutores omnes: ut gloriaturi sint etiam dicturiq;, instar Pauli Rom.8. Quis contra nos? Etsi namq; Paulus fuerit ligatus & occisus: tamen uerbum Dei non fuit ligatum, & Paulus in regno Dei uiuit, occisoribus eius occisis perpetuò. Quamquàm igitur Apostoli corporaliter succumbant: tamen spiritualiter triumphant, & oppressores suos condemnabunt in die iudicij, 1.Cor.6. an nescitis quod sancti mundum iudicabunt?

ואכלו וכבשו אבני קלע

אכלו וכבשו Deuorare & subigere significat: non aliter spiritualiter animas gentilium auditorum Euangelio, uelut incorporare, subijcereq́ꝫ: quàm cibus uoratus incorporari solet: et in bello uicti subijci uictoribus consueuerunt. Qui fit autem ista uocatio subactioq́ꝫ? אבני קלע id est, uerbo Dei. Sicut enim paruulus Dauid ingentem Goliath fundula strauit, ita fidei confessores Satanæ regnum uerbo Dei proterunt. Horsum illud Eph. 6. Arripite scutum fidei.

ושתו המו כמו יין

Quid sit potare bacchariq́ꝫ uelut à uino: claret ex Act. 2. quando Apostoli Spiritu sancto inebriantur prædicantq́ꝫ Christum musto pleni iudicabantur. Vt sobrij & afflicti solent esse timidi & tacere, sic ebrij liberatiq́ꝫ animosi & Parrhisiades esse consueuerunt. Exemplum Apostoli: ante spiritum acceptum negantes Christum: accepto spiritu confitebantur intrepide.

ומלאו כמזרק כזוית מזבח :

Ab instrumento uerbi: comparantur phialis: ab officio, angulis altaris. Vt in phialis excipiebatur sanguis hostiæ, adq́ꝫ aram septies fundebatur: ad significandum, Apostolos indies sanguinis Christi merita prędicaturos: & 1. Pe. 1 Vocat ob id Euangelij prædicationem, Christi sanguinis aspersionem. Comparantur angulis altaris, ad significandum: Christi sanguinis meritum per Apostolorum prædicationem in quatuor mundi plagis sparsum, iuxta illud: in omnem terram exiuit sonus eorum.

Verbis ergo prædictis, significat, docereq́ꝫ uult: Apostolos non modo sermonem crucis ita prædicaturos, ut Paulus aiebat Rom. 15. se uocatum ad prædicandum Euangelion, uidelicet oblationem Dei, ut gentes offerant se Deo: & Rom. 12. rogat ut corpora sua reddant hostiam Deo uiuenti.

והושיע יהוה אלהיהם ביום ההוא כצאן עמו :

Epilogus salutem Ecclesiæ congregandæ per Euangelion ex Iudæis & gentibus promittit: cui duos locos addit, quorum. Primus ab auctoritate Apostolorum: secundus à bonitate seu pulchritudine Apostolorum. Prædicit igitur non modo Iudęos inter gentes dispersos, & idolatria contaminatos per Euangelion in unitatem Ecclesiæ congregatum iri, sed etiam gentes ipsas idolatricas Euangelij prędicatione Iudęis credentibus coniunctas iri per fidem Euangelij: sicq́ꝫ ex ambobus unam futuram Ecclesiam Dei: Eph. 2. gloriatur Christum ex utrisq́ꝫ unum fecisse maceria destructa, unus pastor, unum ouile erit.

כי אבני נזר מתנוססות על אדמתו

Ab auctoritate Apostolorum: Significat enim tantam in Ecclesia auctoritatem Apostolorum futuram: ut totus mundus illorum doctrinam sit imitaturus: iuxta uaticinium Ps. 19. על אדמתו in Ecclesia catholica: quæ cap. 2. Ierosolyma sine muro dicitur: propter magnitudinem אבני sunt Apostoli, dicti נזר separati, seu sacri à uerbo נזר separare. Alludit enim ad Nasareos Nu: 6. significatq́ꝫ Apostolos à Spiritu sancto fore donis & uirtutibus ab alijs segregandos, reliquisq́ꝫ præferendos ad Christum prædicandum: ut Paulus Ro: 1. gloriatur se ad munus Apostolorum segregatum, & Act: 13. spiritus ait: segregate mihi Paulum & Barnabam. מתנוססות Eleuare seu tanquàm

quàm

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0108-1

quàm uexillum exaltare quod omnes sequantur in bello: Vult enim significare tantam futuram auctoritatem Apostolorum, ut omnes illos solos imitaturi sint docendo: sicut Act.5. dicitur, nemo audebat se illis adiungere.

כי מה טובו ומה יפיו דגן בחורים ותירוש ינובב בתולות

A bonitate seu pulchritudine Apostolorum, Christi regnum spirituale describere uult doceréq; : in hoc regno per uerbum & spiritum gigni Christianos eiusmodi : qui statim alios docere conuerteréq; ad Christum possint דגן ותירוש uerbum & spiritum Dei significat. בחורים ובתולות sunt Christiani uerbo & spiritu imbuti ita : ut alios docere & conuertere ad Christum queant. Nam ינובב procreare significat docendo gignere, seu facere Christiano: ut Paulus 1.Co.3. se patrem Corinthiorum fingit, dicens : Per Euangelion uos genui. Et apud Galatas fingit se nutricem dicens: Vos denuò parturio donec Christus in uobis formetur. Sic Paulus nobis explicat hunc locum. Vide huius loci testimonium, seu mauis explicationem, Esa.66.

CAPVT DECIMVM.

שאלו מיהוה מטר בעת מלקוש יהוה

יוי	לקיש	בעידן	מטרא	מן קדם יוי	שאילו
κύριος	ὄψιμον	καθ' ὥραν	ὑετὸν	παρὰ κυρίου	αἰτεῖσθε
Dominus	serotino	in tempus	pluuiam	à Domino	Petite
der Herr	des abents	zur zeit	ein regen	vom Herrn	So bittet

עשה חזיזים ומטר גשם יתן להם

לחון	למתן	ומטרא	מטרא	רוחין	עביד
αὐτοῖς	δώσει	χειμερινὸν	καὶ ὑετὸν	νεφοῦς	ἐποίησε
eis	dabit	(uberem)	& pluuiam	Nubila	faciet
jn	wird er geben	regen	vnd regen	gewölcken	so wird machen

לאיש עשב בשדה : כי התרפים דברו

ממללין	פלחי צילמיא	ארי	בחקלא :	עישבא	לכל
ἐλάλησαν	εἴδωλα	γὰρ	ἐν ἀγρῷ.	βοτάνην	ἑκάστῳ
loquuntur	idola	Nam	in agro.	herbæ	cuiq;
sie reden	die Götzen	Denn	auffm felde.	gewechs	zu allem

און והקסמים חזו שקר וחלמות השוא

שקרא	וחלמין	שקר	מתנבן	וקוסמיא	אונס
ψευδῆ	καὶ ἐνύπνια	ψευδῶς	ὁράσεις	καὶ μάντεις	κόπους
inania	& somnia	falsum	uident	& diuini	uanum
eitel	vnd trewme	lügen	sehen	vnd die Warsager	mühe

ודברו הבל ינחמון על כן נסעו כמו

כ—	אתבדרו	כן	על	מנחמין	חבלא	ממללין
ὡσεὶ	ἐξηράνθησαν	τοῦτο	διὰ	παρεκάλουν	μάταια	καὶ ἐλάλουν
ceu	abacti sunt	id	ob	consolantur	uane	& loquuntur
wie	sind sie weggefürt	umb——	dar	jr trösten	ist nichts	vnd sie reden

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0109-0

צֹאן יַעֲנוּ כִּי אֵין רֹעֶה׃ עַל הָרֹעִים חָרָה
בִּידוּן עִינְוָתָנָא אֲרֵי לֵית מַלְכָּא׃ עַל מַלְכַיָּא חַר
προσεξώθη ποιμένας ἐπὶ ποιμήν. οὐκ ἦν ὅτι ἐκακώθησαν πρόβατα
excandescit pastores in pastor. deest quia miselli sunt oues
ist ergrimmet die Hirten vber ein Hirt. nicht da ist weil sie sind elend schaff

אַפִּי וְעַל הָעַתּוּדִים אֶפְקוֹד כִּי פָקַד
רוּגְזִי וְעַל שִׁלְטוֹנַיָּא דְּכִיר אֲרֵי דְּכִיר
ἐπισκέψεται διότι ἐπισκέψεται ἀμνούς καὶ ἐπὶ θυμός μου
uisitabit Nam uisitabit hircos inq; ira mea
er wird heim/suchen Denn er wird heimsuchen die Böcke vnd vber mein zorn

C יְהוָה צְבָאוֹת אֶת עֶדְרוֹ אֶת בֵּית
יְיָ צְבָאוֹת יָת עַמֵּיהּ יָת דְּבֵית
οἶκον τὸν ποίμνιον αὐτοῦ παντοκράτωρ κύριος
domum gregem suum Zebaoth Dominus
Haus das seine herde Zebaoth der HErr

*) יְהוּדָה וְשָׂם אוֹתָם כְּסוּס הוֹדוֹ בַּמִּלְחָמָה׃
יְהוּדָה וִישַׁוֵּי יַתְהוֹן כְּסוּסֵי זְיוּתָנִין בִּקְרָבָא׃
ἐν πολέμῳ. εὐπρεπῆ αὐτοῦ ὡς ἵππον αὐτοὺς καὶ τάξει Ἰούδα
in bello. gloriæ suæ instar equi eos & posidebit Iudæ
zum streit. wol gerüst wie ein rosse jn vnd wird anrichten Juda

*) מִמֶּנּוּ פִנָּה מִמֶּנּוּ יָתֵד מִמֶּנּוּ קֶשֶׁת
מִנֵּיהּ מַלְכֵּיהּ מִנֵּיהּ מְשִׁיחֵיהּ מִנֵּיהּ תְּקוֹפוֹת
τόξον ἐξ αὐτοῦ ἀκίς ἐξ αὐτοῦ σίξ ἐξ αὐτοῦ
arcus ex ipso clauus ex ipso angulus ex ipso
—bogen von jm spiesse von jm die spitze von jm

*) מִלְחָמָה מִמֶּנּוּ יֵצֵא כָל נוֹגֵשׂ יַחְדָּו׃
קְרָבֵיהּ מִנֵּיהּ יִתְרַבּוּן כָּל פַּרְנָסוֹהִי בַּחֲדָא׃
ἅμα. ἐξελαύνων πᾶς ἐξελεύσεται ἐξ αὐτοῦ πολεμικόν
una. exactor cunctus exibit ex ipso bellicus
zugleich engster aller wird genomen werden von jm streit —

*) וְהָיוּ כְגִבּוֹרִים בּוֹסִים בְּטִיט חוּצוֹת
וִיהוֹן הֵיךְ גִּבָּרַיָּא בָּעֲטִין בְּסִין שׁוּקִין
πλατειῶν ὡς πηλὸν πατοῦντες ὡς μαχηταὶ καὶ ἔσονται
platearum tanquam stercus calcancium instar Gigantum Et erunt
auff der gassen den Kot die tretten wie die Riesen vnd sollen sein

בַּמִּלְחָמָה וְנִלְחֲמוּ כִּי יְהוָה עִמָּם וְהֹבִישׁוּ
בִּקְרָבָא וִיגִיחוּן קְרָב אֲרֵי מֵימְרָא דַייָ בְּסַעֲדְהוֹן וְיִבַהֲתוּן
καὶ καταισχυνθήσονται μετ᾽ αὐτῶν κύριος διότι καὶ παρατάξονται ἐν πολέμῳ
ut pudefiant est cum eis Dominus Nam ac dimicabunt in bello
das zuschanden werden ist mit jn der Herr Denn vnd sollen streiten im streit

דְּבָבֵי

רֹכְבֵי סוּסִים׃ וְגִבַּרְתִּי אֶת בֵּית יְהוּדָה e
רוֹכְבֵי סוּסְוָן׃ וְאַגְבַּר יַת דְּבֵית יְהוּדָה
ἀναβάται ἵππων. καὶ κατισχύσω τὸν οἶκον Ἰούδα
ascensores equorum. & corroborabo domum Iuda
die da reiten auff pferden. vnd wil stercken das Haus Juda

וְאֶת בֵּית יוֹסֵף אוֹשִׁיעַ וְהוֹשְׁבוֹתִים כִּי e
וְיַת דְּבֵית יוֹסֵף אֶפְרוֹק וְאֶכְנוֹשׁ גָּלְוָתְהוֹן אֲרֵי
καὶ οἶκον Ἰωσὴφ σώσω καὶ κατοικιῶ αὐτοὺς ὅτι
& domum Ioseph seruabo & restituam eos in integrum Nam
vnd das haus Joseph ich wil erretten vnd wil sie wider einsetzen Denn

רִחַמְתִּים וְהָיוּ כַּאֲשֶׁר לֹא זְנַחְתִּים כִּי e
אֲרַחֵם עֲלֵיהוֹן וִיהוֹן כְּדִי——לָא טַלְטֵילְתִּינוּן אֲרֵי
ἠγάπησα αὐτούς καὶ ἔσονται ὃν τρόπον οὐκ ἀπέστρεψα αὐτούς διότι
miseret me illorum eruntq; ac si nunquam expulissem eos Nam
ich erbarme mich jr vnd sollen sein gleich wie nimer ich hette sie verstossen Denn

אֲנִי יְהוָה אֱלֹהֵיהֶם וְאֶעֱנֵם׃ וְהָיוּ כְגִבּוֹר e
אֲנָא יְיָ אֱלָהֲהוֹן וַאֲקַבֵּל צְלוֹתְהוֹן׃ וִיהוֹן כְּגִיבָּרִין
ἐγώ κύριος ὁ θεὸς αὐτῶν καὶ ὑπακούσομαι αὐτῶν. καὶ ἔσονται ὡς μαχηταὶ
ego Dominus Deus eorum & respondebo eis. eruntq; ut heros
ich bin der Herr jr Gott vnd wil sie erhören. vnd sol sein wie ein riese

אֶפְרַיִם וְשָׂמַח לִבָּם כְּמוֹ יָיִן וּבְנֵיהֶם *
דְּבֵית אֶפְרַיִם וְיֶחְדֵּי לִיבְּהוֹן כְּשָׁתֵי חֲמַר וּבְנֵיהוֹן
Ἐφραὶμ καὶ χαρήσεται καρδία αὐτῶν ὡς ἐν οἴνῳ καὶ τέκνα αὐτῶν
Ephraim & gaudebit cor eorum tanquam à uino ac filij eorum
Ephraim vnd sol frölich sein jr hertz wie vom Wein dazu jre Kinder

יִרְאוּ וְשָׂמֵחוּ יָגֵל לִבָּם בַּיהוָה׃ אֶשְׁרְקָה *
יֶחֱזוּן וְיֶחְדוּן יָבוּעַ לִבְּהוֹן בְּמֵימְרָא דַּייָ׃ אֲכַלֵּי לְבַנְשָׁא
ὄψονται καὶ εὐφρανθήσονται χαρήσεται καρδία αὐτῶν ἐπὶ κυρίῳ σημανῶ
uidebunt & gaudebunt exultabit cor eorum in Domino. afflabo
werdens sehen vnd werden sich frewen sol frölich sein jr hertz im Herrn. Jch wil blasen

לָהֶם וַאֲקַבְּצֵם כִּי פְדִיתִים וְרָבוּ כְּמוֹ *
לְגָלְוָתְהוֹן וַאֲקָרְבִינּוּן אֲרֵי פְּרַקְתִּינּוּן וְיִסְגּוּן כְּמָא
αὐτοῖς καὶ εἰσδέξομαι αὐτοῖς διότι λυτρώσομαι αὐτοὺς καὶ πληθυνθήσονται καθότι
illos & colligam illos quia redemi illos & augescent uelut
zu jn vnd wil sie samlen Denn Jch wil sie erlösen vnd sollen sich mehren wie

רָבוּ׃ וְאֶזְרָעֵם בָּעַמִּים וּבַמֶּרְחַקִּים יִזְכְּרוּנִי *
יְסַגּוּן׃ וּכְמָא דְבַדַּרְתִּינּוּן בֵּינֵי עַמְמַיָּא וּבְאַרְעָא רְחִיקָא חֲווֹ דְכִירִין לִי
ἦσαν πολλοί. καὶ σπερῶ αὐτοὺς ἐν λαοῖς καὶ οἱ μακρὰν αὐτῶν μνησθήσονταί μου
augescebant. & seminnabo eos in populos ut in longinquis meminerint mei
(sie sich mereten vnd ich wil sie seen vnter die völcker vnd in ferne Landen sollen sie mein gedencken

*) וְחָיוּ אֶת בְּנֵיהֶם וָשָׁבוּ׃ וַהֲשִׁבוֹתִים

וּבְמָא דְאַפֶּקְתִּינוּן	וִיתוּבוּן׃	בְּנֵיהוֹן	עִם	וְחַיִין
καὶ ἐπιστρέψω αὐτοὺς	καὶ ἐπιστρέψουσι.	τέκνα αὐτῶν	τὰ	καὶ ἐκθρέψουσι
nam reducam illos	*& redibunt.*	*filijs suis*	*cum*	*& uiuent*
denn ich wil sie widerbringen	vnd sollen wider komen.	jren kindern	mit	vnd sollen leben

*) מֵאֶרֶץ מִצְרַיִם וּמֵאַשּׁוּר אֲקַבְּצֵם וְאֶל אֶרֶץ

אַרְעָא	וּלְ——	אֲקָרֵב גָּלְוָתְהוֹן	בְּן מֵאַתּוּר	דְמִצְרַיִם	מֵאַרְעָא
γῆν	καὶ εἰς	εἰσδέξομαι αὐτούς	καὶ ἐξ ἀσσοὺρ	αἰγύπτου	ἐκ γῆς
terram	*inq;*	*colligam illos*	*exq; Assur*	*Ægypti*	*è terra*
Land	vnd ins	ich wil sie samlen	vnd von Assyrien	Egypti	aussm Land

*) גִּלְעָד וּלְבָנוֹן אֲבִיאֵם וְלֹא יִמָּצֵא לָהֶם׃

לְהוֹן׃	יִסְפֵּיק	וְלָא	אֲעֵלִינוּן	וּמַקְדְּשָׁא	גִּלְעָד
ἐξ αὐτῶν.	ὑπολειφθῇ οὐδὲ εἷς	καὶ οὐ μὴ	εἰσάξω αὐτοὺς	καὶ λίβανον	γιλεὰδ
ex eis.	*defiat unus*	*ut non*	*perducam illos*	*& Libanon*	*Gilead*
an einem.	fehlen sol	das nicht	ich wil sie bringen	vnd Libanon	Gilead

*) וְעָבַר בַּיָּם צָרָה וְהִכָּה בַיָּם גַּלִּים ו

גַּלִּין	בְּיַמָּא	וּמְחָא	עָקְתָא	יַמָּא	וְחָלֵיף
κύματα	ἐν θαλάσσῃ	καὶ πατάξουσι	στενῇ	ἐν θαλάσσῃ	καὶ διελεύσονται
fluctus	*in mari*	*& percutiet*	*angustum*	*per Mare*	*& transibit*
die wellen	im Meer	vnd wird schlahen	trübsal	auffs Meer	vnd wird komen

*) וְהֹבִישׁוּ כֹּל מְצוּלוֹת יְאֹר וְהוּרַד גְּאוֹן

תּוּקְפָּא	וְיִבָּטֵל	נַהֲרָא	מְצוּלָתָא	כָּל	יַבִּישׁוּ
ὕβρις	καὶ ἀφαιρεθήσεται	ποταμῶν	τὰ βάθη	πάντα	καὶ ξηρανθήσεται
superbia	*& deprimetur*	*fluminis*	*profunditates*	*omnes*	*ut exarescant*
der pracht	vnd sol gemdrigt werden	des wassers	grunde	alle	das vertrocken

*) אַשּׁוּר וְשֵׁבֶט מִצְרַיִם יָסוּר׃ וְגִבַּרְתִּים

וְאַגְבְּרִינוּן	יַעְדֵּי׃	מִצְרָיִם	וְשׁוּלְטָן	מֵאַתּוּרָאָה
καὶ κατισχύσω αὐτοὺς	περιαιρεθήσεται.	αἰγύπτου	καὶ σκῆπτρον	ἀσσοὺρ
& corroborabo	*tolletur.*	*Ægypti*	*& sceptrum*	*Assur*
denn ich wil sie stercken	sol auffhören.	in Egypten	vnd das scepter	zu Assyrien

בַּיהוָה וּבִשְׁמוֹ׃ יִתְהַלָּכוּ נְאֻם יְהוָה׃

יְיָ׃	אֲמַר	יְהָכוּן פְּרִיקִין	וּבִשְׁמֵיהּ׃	בְּמֵימְרָא דַיְיָ
κύριος.	λέγει	κατακαυχήσονται	καὶ ἐν ὀνόματι αὐτοῦ.	ἐν κυρίῳ
Dominus.	ait	*ambulabunt*	*& in nomine eius.*	*in Domino*
der HERR.	spricht	sollen wandeln	das sie in seinem Namen.	im Herrn

OCcasio decimi capitis fuit præcedenti capite facta promissio: quam & impleri iubet petere: & latius eandem explicat. Diuidamus caput in quatuor locos.

I. PRIMVS LOCVS habet legalem & Euangelicam hortationem

nem,qua non ſolum mandat à Deo petere Euangelion, ſed etiam petentibus id promittit.

שאלו מיהוה מטר בעת מלקוש

מטר Vocatur Euangelion, quia ſicut pluuia de cœlo uenit:& ſicut aqua terram fructificat aridam,ita conſcientiam irrigat exhilaratq; Spiritus ſanctus. Ideo dicit בעת מלקש comparans Euangelion pluuiæ ſerotinæ: quia promiſſiones Chriſti non aliter conſcientias legis minis territas recreant: quàm pluuia ſerotina terram aridam reficit ſegetemq; lætam reddit. מיהוה dicit:quia niſi Dominus mittat uerbi miniſtros fruſta prædicent.Ro.10.

יהוה עשה חזיזים ומטר גשם יתן לחם לאיש עשב בשדה

Promittit Euangelium ac uerbi miniſtros in hoc,ut triſtes conſcientias lege mortificatas:non aliter Euangelio ſolentur atq; uiuificent: quàm tellus aridula recreatur aſpectu nimborum, ſegeſq; imbri largo reficitur. חזיזים Heb. phraſi doctores euangelij ſignificantur:quia tam inſpiciunt,adparent,promti ſunt ad Euangelij prædicationem:quàm nubes de cœlo ſpectant pluuiamq;,& promittunt & præſtant. מטר גשם imber nimboſus:exercitus Euangeliſtarum promiſſus, Pſ:68. לאיש עשב cunctos auditores Euangelij:Spiritu fidei uegetandos ad fructum operum proferendum.

II. LOCVS SECVNDVS rationem triplicem reddit hortationis primi loci:quia primo deſcribit falſę doctrinæ uanitattm. Deinde miſerum eſſe populum,qui uerbo Dei careat exponit. Tertiò,pænas Pſeudoprophetis comminatur.

כי התרפים דברו און והקסמים חזו שקר והלמות בשוא ודברו
הבל ינחמון

Triplici Pſeudoprophetarum deſcriptione: primam reddere uult rationem:cur ad pluuiam ſerotinam hortetur התרפים κατὰ τὴν μετωνυμίαν ſunt ij, qui cultum idolorum externum ac inutilem docent: ut Phariſæi non fidem Chriſtianam, ſed humana opera docent. דברו און Ideo uocantur און inutilia quæ dicuntur & fiunt à ſimulachris illis ſeu doctoribus, ſeu diſcipulis omnia: quia ne hylum quidem ad pacem conſcientiarum ſalutemq; æternam proſunt, quamuis coram hominibus angelica uideantur. Nulla doctrina eſt utilis præter eam, quæ docet μετανοεῖτε καὶ πιστεύετε τῷ εὐαγγελίῳ. והקסמים ſunt ijdem Pſeudoprophetæ ſeducentes populum:ut illi de quibus Iere. 8. Populum meum ſolantur in aduerſis,ut paruifaciant,dicantq; pax,pax. והלמות antedicti Pſeudoprophetæ,non modo prohibentes opera à Deo præſcripta facere,ſed etiam populum hortantes,ut in doctrina recepta fideq; antiqua permaneant, nec alios quamuis Prophetas magnos audiant:ut Phariſæi non ſolum uanè loquentes aiebant, Matth:15. Melius eſſe offerre in templo,quàm parentes alere domi: ſed etiam noua ſpe lactantes populum. & dehortantes à doctrina Chriſti ſalutifera. Omnes Pſeudoprophetas ſic nominat à uarietate falſæ doctrinæ. Verbis דברו חזו ינחמון exprimit falſam doctrinam conſtantem illam minis & promiſſionibus fictis. Vocabulis און שקר שוא הבל ſignificat omnem Pſeudoprophetarum doctrinam fictam,adq; nil aliud utilem eſſe,niſi ad perditionem.

על כן נסעו כמו צאן יענו כי אין רעה

Exponit

Exponit rationes propter quas hortetur ad pluuiam serotinam. Primum enim dispersus grex, Euangelio Christi recolligitur & conseruatur: secundum illud Iesaiæ uaticinium: Pascet gregem suum, & in brachio suo colliget agnas. Deinde nil miserius esse nouimus in terris, quàm populum non habere purum uerbi doctorem, sed quouis sectarum uento circumagi, iuxta illud: Prophetia sublata populus interit. נסער errare uel abigi gregem, est: in uarias dispergi sectas, ac propter falsam doctrinam extorrem fieri: ceu Zach. 7. Deus ait, Dispersi uos in gentes uobis ignotas. יענו Miserum esse, est: perire contabescereque, dum à lupo comprehenditur & dilaniatur falsa doctrina grex. אין רעה non habere pastorem, est: non habere uerbum Dei sincerum. Vidit Christus in hunc locum tempore suo Ierosolymæ completum: dum eodem spiritu ad pluuiam à Deo petendam hortatur, teste Matth. 9. dicente: Cum Iesus uidisset populum miserum ac dispersum, uelut oues non habentes pastorem: misericordia tactus ad discipulos ait. Messis quidem multa, sed operarij pauci: Rogate Dominum Messis, ut operarios in messem suam extrudat.

על הרעים חרה אפי ועל העתודים אפקוד

הרעים Vocantur Pseudoprophetæ, qui tantum nomen & officium habent uerorum doctorum: ipsa re sunt idolatræ, somniatores, impostores: ut Pharisæi, Scribæ, Sadducæi, tempore Christi. Eosdem uocat העתודים quia traditionibus ceu cornibus petunt oues, regnantq́ in grege doctrina falsa, אפקוד Visitare, est: præuaricatores eiusmodi hic & alibi iudicare damnareq́. Omnibus quidem Pseudoprophetis tamen præcipuè Pharisæis Solymis, huius & futuræ uitæ pænas grauissimas comminatur in hoc, ut magis ad petendam serotinam pluuiam à Deo permoueat. Est hæc uisitatio hircorum in hac uita bifariam impleta: Primò, dum Christus Phariseos uerbo iudicauit, damnauitq́. Secundò, dum Cæsar illos gladio uisitaret, ut Lucæ 19. prædictum. In altera uita complebitur hircorum uisitatio: dum Christus ad sinistram hircos statuens dicet Matt. 25. Ite maledicti. Hactenus de hortatione ad pluuiam serotinam duplici & de hortationis ratione triplici.

III. LOCVS TERTIVS habet promissionem regni Christi seu Euangelij per serotinam pluuiam significati mirificam: eiusq́ descriptionem parabolicam: qua docetur summatim Christi regnum spirituale futurum: nempe, uerbi ministerium per Apostolos & discipulos Ierosolymis exoriundum, inq́ orbe terrarum sic exercendum, ut non solum ex Iuda & Israele diuisis regnis, sed etiam ex Iudæis & gentibus, omnibus unum Christi regnum sit futurum, hoc est, una Ecclesia catholica, sed per crucem belli nomine significatam.

כי פקד יהוה צבאות את עדרו את בית יהודה ושם אותם כסוס הודו
במלחמה

Promittit aduentum Christi in carnem è tribu uidelicet Iuda oriundi. Per enim יהוה צבאות uult intelligi Christum, sicut Ps. 24. עדרו sunt credentes Euangelio: sicut ipsemet testatur, Io. 10. פקד igitur est idem quod Lu: 1. nempe, per aduentum Christi saluare: dicit enim, Visitauit nos oriens ex alto, id est, Deus homo factus est nos saluaturus. Ex hoc perspicuum: domum Iudæ esse Ecclesiam Christi ex Iudæis. Quid autem intelligam per סוס הודו במלחמה per equi uocabulum intelligi uult Apostolos: ab eo sumta allusione: quia. Sicut

cut imperator insidet equo contraq; hostes pugnat:ita Christus per os Aposto lorum dimicat aduersus Diabolum inimicum generis humani. Equum Phaleratum ad bellum ideo uocat Apostolos, quia: sicut equi phaleris ornantur ad prælium, ita concionatores donis spiritualibus ornantur ad bellum contra Diabolum, iuxta illud: ascendisti in altum, & dona hominibus accepisti. Promittit ergo Christum ex Iudæis facturum equos spirituales, id est, Apostolos donis spiritualibus ornatos: quorum cordibus & oribus insidens aduersus Diabolum mundi principem sit bellaturus Euangelio, cunctasq; gentes uerbo credentes Euangelio subacturus.

ממנו פנה ממנו יתד ממנו קשת מלחמה ממנו יצא כל נוגש יחדו

Apertè docet Christi regnum tam spirituale fore, ut in eo non sint alia militum Christianorum arma futura, quàm Ephesijs sexto spiritualia arma cuduntur ac describuntur. Occupatione igitur uult subindicare: Christi regnum adeo fore spirituale bellum, Dei uerbo gerundum, ut non sit opus aciem, telum, cuspidem, arcum, instruere, nec opus sit duce exercitus ad bellum cogente, sed tantum uerbo Dei spirituq;.

והיו כגבורים בוסים בטיט חוצות במלחמה ונלחמו

גבורים sunt Apostoli: sic dicti à potentia uerbi Dei Spiritusq; sancti qua pollent ita, ut timeant, fugiantq; neminem, sed hostes suos ita proculcant fide confessione, inuocatione, patientia, ut lutum platearum solet pedibus militum potentum et fortium equorum calcari. Non sunt Apostoli gregarij milites aut leuis armaturæ, sed duces & imperatores, qui non solum ipsi de portis inferorum triumphant, sed alios quoq; triumphare docent. Apostoli נלחמו dum contra tyrannos & hæreticos sermocinantur. טיט חוצות significat tyrannos & hæreticos Euangelio resistentes: quos uidelicet ira Dei per diabolum in hoc exuscitat, ut pessundet quasi lutum calcari solet. בוסים calcare lutum platearum: uerbo Dei spirituq; tyrannos & hæreticos uincere, sicut Paulus gloriatur se in Christo semper triumphare. Prædicit igitur mundum stercoreum ac lutulentum, Apostolis & discipulis Christum prædicantibus, restiturum quidem corporaliter & uehementissime, sed apostolos uerbo Dei spirituq; tam potentes & inuictos futuros promittit, ut totum mundum cum principe suo Diabolo spiritualiter uicturi sint, id est, fide, inuocatione, confessione, patientia, quasiq; lutum platearum calcaturi. Dices: quæ causa tanti successus Apostolorum triumphiq;?

כי יהוה עמם והובישו רכבי סוסים

Dominus qui cum illis erit, Dominus I E S V S est: qui sermonem Apostolorum confirmauit sequentibus signis, Mar: ul. סוסים tyrannos & hæreticos Euangelio resistentes significant. והובישו pudefieri est, iudicari uerbo damnarique. Vult ergo nullam aliam causam tanti reddere successus Apostolorum in bello Euangelico triumphiq; omnipotentis, quàm Christum ipsum uerbo ac spiritu suo in Apostolis futurum, ac non solum docturum & beneficijs affecturum Ecclesiam Dei, sed etiam aduersarios Ecclesiæ calcaturum: ut lutum platearum calcari solet à potente.

IIII. LOCVS QVARTVS habet promissionem de regno Christi factam Israelitico regno soli: qua docetur, Primò, de adunatione regnorum

norum Iudæ & Israelis sub Christo. Secundò, De restitutione Israelis in regnum gratiæ & precum. Tertiò, de restitutorum Israelitarum potentia & lætitia spirituali. Quintò, reductionem Israelis per Euangelij prædicationem futuram esse. Sexto, cur Israel ex Aegypto & Assyria tantum reducendus & in Galaad & Libanon: quod absurdum uisum. Septimò, de transitu Christianorum per hanc lachrymarum uallem. Octauo, de Christi regno spirituali.

וגברתי את בית יהודה ואת בית יוסת אושיע

בית יהודה Regnum Iudaicum, cui BenIamin adhæserat. בית יוסת regnum Israeliticum decem tribubus constans. גברת uerbo Dei spirituq; certum reddam inuictumq; contra hostes. אושיע uerbo Dei spirituq; beabo. Vult non solum tanquàm epilogo Prophetiæ superioris de Iuda promittere uocandis è tribubus Iudæ & BenIamin principatum Apostolicum & spiritum aduersus portas inferorum inuictum: sed etiam regno Iudæ regnum Israeliticum adiungere, eiq; promittere, uidelicet discipulis è tribubus decem uocandis eundem spiritum idemq; uerbum Dei, quo regnent deq; portis inferorum triumphent. Hanc porrò regnorum Iudæ & Israelis adunationem sub Christo, Psal. 68. confirmat, dicens: inter illos regnat paruulus BenIamin principes Iuda, principes Nephthalim & Sebulon.

והושבותים כי רחמתים והיו באשר לא זנחתים כי אני יהוה אלהיהם ואענם

והושבותים & feci sedere eos. Componitur dictio ex הושבתים quod est ex quiescentibus in pe Iod, cuius.s. radix est ישב & ex השיבותים quod est ex quiefcentibus in ain, cuius radix est שוב & significat utrunq; idem, Elia teste והושבותים reducam illos in pristinum statum רחמתים significat, Christi regnum esse nil aliud, quàm Dei misericordiam, per & propter solam fidem in Christum promissam, remittentem peccata & uitam æternam donantem gratis: sicut & col. 1. describitur Christi regnum esse remissio & redemtio. Vide quàm artificiosè uerbo רחמתים Christi regnum gratiæ à Mosi regno iræ disterminet. ואענם Significat Christi regnum esse crucis regnum, in quo non solum perpetua sit ab lege ad Euangslion prouocatio, sed etiam iugis usus orationis Dominicæ: qua petant omnes filij & hæredes Dei, ueniam delictorum & liberationem ab omnibus hostibus per & propter solum Christum Promittit ergo restitutionem Israelis extorris in patriam germanam, sed spiritualem in regnum Christi ita, ut non pedibus corporis in terram Israeliticam, sed fide cordis in regnum Christi seu Ecclesiam Dei sit Israel rediturus, uidelicet, ex regno Diaboli per Christum liberatus. Docet Israelem ob legis transgreßionem è regno terreno pulsum, nec operibus legis salutem promerentem, restitui in regnum Christi per fidem, & saluari perpetuò nunquàm potuisse, ni Deus illi misericordiam in Christo promisisset, & per Apostolos gratiam suam obtulisset. Summa, nisi pænitentiam egissent, ueniam delictorum petijssent, credidissent Apostolorum concionibus: illos haud fuisse restitutos in Christi regnum, sed perpetuò damnatos fuisse.

והיו כגבור אפרים ושמח לבם כמו יין ובניהם וראו ושמחו יגיל לבם ביהוה

אפרים Regnum Iſraeliticum adiungendum per Euangelion regno Iudæ. כגבור Verbo Dei ſpirituq; tam potens, ut à nullo uinci poſsit, ſicut Matth:16. chriſtus promittit credentibus robur giganteum, contra quod non preualeant inferorum portæ. Metaphora ſumta à robore gigantum, quos è Dæmonibus incubis ortos eſſe tamq; robuſtos affirmant, ut Deos è cœlo uoluiſſe pellere fingantur. שמח לבם כמו יין ſpiritus Chriſti conſcientiam legis diris mortificatam, Euangelij fide non aliter uiuificat, quàm uinum hauſtum cor hominis triſte lætificat. ובניהם Conuerſi ad Chriſtum (liberi à uerbi propagatione uocati) tantam percipient læticiam è ſermonibus & miraculis Apoſtolorum patrum ſuorum ſpiritualium, ut propter ſpiritum ſanctum & beneficia per Chriſtum accepta ſint Deum in cœlis glorificaturi.

אשרקה להם ואקבצם כי פדיתים ורבו כמו רבו ואזרעם בעמים
ובמרחקים יזכרוני וחיו את בניהם ושבו

Promittit ſe Iſraelem diſperſum inter gentes, per flatum Apoſtolici ſpiritus, ad eandem fidem in Chriſtum, quàm habet Iuda, collecturum: adeoq; credentium Iſraelitarum numerum maximum facturum. Imò, non modo promittit ſeminationem uerbi miniſtrorum, ſeu miſsionem Apoſtolorum in omnes gentes, perq; eam ſeminationem reducturum ſe credentes omnes in Eccleſiam Dei patriam Iſraelis germanam: ſed etiam fructum magnum exponit, quem & doctores & diſcipuli percepturi ſint ex uerbi miniſterio, nempe, fidem inuictam contra portas inferorum, & conſecutricem æternæ uitæ. אשרקה ſibilare, eſt: ſpritu oris Apoſtolici auditorum corda ad credendum Chriſto ciere רבו כמו רבו; eſt numerum credentium fieri magnum ואזרעם ſeminare, eſt, mittere concionatores. בעמים populi & longinqui ſunt omnes gentes incircumſectæ. יזכרוני recordari, eſt Chriſtum prædicare. Per בניהם conuerſos ad Chriſtum intelligo per eos, qui ſeminati ſunt, id eſt, miſsi. וחיו uiuere, non ſolum bene habere, ſecundum legem ſonantem, quæ fecerit homo uiuet in eis, ſed etiam in tribulatione & morte per fidem in Chriſtum uincere & triumphare: inſtar Pauli, 2. Cor: 6. quaſi morientes & ecce uiuimus. Quid autem intelligam per ושבו? reuerti eſt eo loci redire, ubi perpetuò ſis manſurus felix, hoc eſt, in Eccleſiam Dei. Summa, Loci omnes de reditu & reſtitutione ſpiritualiter intelligendi ſunt de conuerſione ad Chriſtum redituq; è regno Diaboli.

והשבותים מארץ מצרים ומאשור אקבצם ואל ארץ גלעד ולבנון
אביאם ולא ימצא להם

Non modo promittere uult hanc reductionem & collectionem Iſraelis, tum futuram, cum Chriſtus per Euangelion filios Iſraelis ex Aegyptiaca et Aſſyriaca incredulitate reducet ad fidem Chriſtianam Dei promiſsionum in Eccleſiam per Galaad & Libanon ſignificatam: uerum etiam docere, conuerſos ad Chriſtum Iſraelitas hac reductione ſpirituali maxime contentos fore illosque eam corporali reductioni prælaturos.

Impoſsibile eſt reductionem & collectionem Iſraelis ex Aegypto & Aſſyria, in Gilead & Libanon corporaliter intelligi poſſe. Primò, ſunt contraria per ſibilationem, Diſpergi & in terram Iſraeliticam reduci. Dein reduci debebat in Samariam & Iudeam, non in Gilead & Libanon. Tertiò, non fuit poſsibile, decem tribus in ſolam Gilead & Libanon reduci, in quibus ante uix duæ tribus Manaſſe & Gad habitarunt. Poſtremò, nec Ephraim ultra Iordanem habitare, nec regnum prius eſſe glorioſius poſteriore debuit. Hæ

ſint cauſę, propter quas de reductione & collectione ſpirituali ſit locus intelligendus. Proinde μεταφορικῶς Per גלעד intellige cumulum teſtimoniorum: Per autem לבנון candidum & ſcripturam & Eccleſiam: in qua ſunt cumulus Dei promiſsionum de Chriſto, & omnia candida per fidem. Ad talem ergo Gilead & Libanon reducitur & uenit Ephraim, dum audit Euangelion de Chriſto prædicari, creditq́ꝫ diuinis promiſsionibus de Chriſto, quæ per fidem reddunt candidos & ſanctos: ut Pſ. 68. ait Eccleſiam in opaco quoque candidam. Et Act. 15. Petrus ait: Fide corda purificari. ולא ימצא לחם ita perduci, ut ſufficiat eis, conuerſos ad Chriſtum præter Euangelion nil deſideraturos, uelut habentes in uno Chriſto omnia.

ועבר בים צרה והכה בים גלים והבישו כל מצולות יאור

Alluſione tranſitus ex Aegypto per mare rubrum: prædicit eos in mundo preſſuram habituros, qui ſunt ex regno Diaboli per Chriſtum liberati, ita, ut non minus ſit Chriſtianus in nouo teſtamento cum uitæ periculo tranſeundum per hanc lachrymarum uallem in uitam æternam: quàm Iudæis in ueteri teſtamento fuit ex Aegypto per mare rubrum in terram Chananæan haud ſine uitæ periculo tranſeundum. בים mare ſignificat mundum: quod ideo uocat צרה anguſtum, quia mundus non ſolum tam impius eſt, ut quieſcere nequeat, donec Eccleſiæ Dei nocuerit, ſed etiam tam crudelis eſt, ut miras & inauditas artes nocendi ſanctis excogitet. Hinc impius mari feruido comparatur, Eſa: 57. & Pſ. 93. Perſecutiones mundi uocantur mirabiles elationes maris עבר tranſire בעמק בכה & facere fontem, hoc eſt, propter uerbi confeſsionem multa ferre in mundo, perq́ꝫ multas tribulationes ingredi regnum Dei. גלים potentia & ſapientia mundi. הכה arguere mundum Euangelio Chriſti, ita ut Moſes baculo Mare percuſsit. Quemadmodum mare rubrum tranſeuntibus reſtitit: nec niſi baculo Moſis peruium factum eſt, Ex: 14. Sic mundus Chriſtianus reſiſtens nonniſi uerbo Dei fideq́ꝫ pertranſitur, iuxta illud: Eunt de uirtute in uirtutem. הובישו מצולות Mundus Euangelio reprehenſus: non aliter cedit uerbo, humiliatus, non amplius reſiſtit uerbi miniſtris, quàm mare rubrum Moſis ceſsit baculo percuſſum. Mundanum cor uerbo Dei ſpirituq́ꝫ perflatum, reſipiſcit: ut olim mare rubrum per uentum orientalem ſiccabatur.

והורד גאון אשור ושבט מצרים סור

Vult non ſolum partis mundi pro totius ſumtione κατὰ τὴν συνεκδοχὴν exponere per maris fluctus mundum cum ſua potentia, ſapientiaq́ꝫ ſignificari: uerum etiam docere, tempore Euangelij omnia ſumma humiliatum iri, & Chriſto ſoli omnia ſeruitura. Cæterum ideo nominat Aegyptum & Aſſyriam præ cunctis mundi locis: quia hæc duo regna præ cæteris omnibus regnum Iſraeliticum afflixerunt. Horum ergo ſuperbiam deprimi, ſceptrumq́ꝫ conferri, ſit idem, quod ſupra omnia funda fluminis exiccari, id eſt, mundi potentiam & ſapientiam eneruari & humiliari per Euangelion, ceu lapis ille de monte ſciſſus, omnia mundi regna conterit, Dan. 2.

וגברתים ביהוה ובשמו יתהלכו נאם יהוה

Non ſolum docere uult: omnia quæ dicta ſunt hactenus de reductione, ſpiritualiter intelligenda: eoſq́ꝫ tantum eſſe Chriſti, qui ſpiritu Dei aguntur: ſed etiam illos non eſſe Chriſti, qui in nomine ſuo ambulant, id eſt, operibus ſuis, iuſticiam & ſalutem quærunt, non in ſolo nomine Chriſti: ſicut

Antichriſti ſquamæ 2. Pet. 2. τῷ μόνῳ χριστῷ δόξα.

CAPVT

CAPVT VNDECIMVM.

פתח לבנון דלתיך ותאכל אש בארזיך

פתחי	עממיא	תרעיכון	ותשיצי	אשתא	תוקפיכון
διάνοιξον	ὁ λίβανος	θύρας σου	καὶ καταφαγέτω	πῦρ	κέδρους σου
Aperi	Libane	portas tuas	& deuoret	ignis	cedros tuos
Thue auff	Libano	deine thür	das verzehre	fewr	deine Cedern

הילל ברוש כי נפל ארז אשר א

אילילו	מלכיא	ארי	אתברו	שילטוניא	די
ὀλολυξάτω	πίτυς	διότι	πέπτωκε	κέδρος	ὅτι
Vlula	abies	quia	cecidit	Cedrus	Nam
Heulet	jr tannen	denn	sind gefallen	die Cedern	Denn

אדרים שדדו הילילו אלוני בשן כי

עתירי ניכסיא	מתבזזין	אילילו	טורני	מדינתא	ארי
μεγάλως μεγιστᾶνες	ἐταλαιπώρησαν	ὀλολύξατε	δρύες	Βασάν	ὅτι
Magnifici	uastati sunt	ululate	quercus	Basan	Nam
das herlich gebew	ist verstöret	heulet	jr eichen	Basan	Denn

ירד יער הבציר : קול יללת הרעים

אתבזז	מחוז	תוקפיכון :	קל	ציוחת	מלכיא
κατεσπάσθη	δρυμὸς	ὁ σύμφυτος.	φωνὴ ὅτι	θρηνούντων	ποιμένων
cesa	Sylua	munita.	uox	ululatus	pastorum
ist vmbgehawen	walt	der feste.	Man höret	das heulen	der Hirten

כי שדדה אדרתם קול שאגת כפירים

ארי	אתבזיזו	מחוזיהון	קל	ניהמתהון	כבני אריון
ὅτι	ταλαιπώρηκεν	μεγαλοσύνη αὐτῶν	φωνὴ ὅτι	ὠρυωμένων	λεόντων
Nam	uastata est	magnificentia eorum	uox	rugitus	leonum
Denn	ist verstöret	jr herrligkeit	man höret	brüllen	die jungen Lewen

כי שדד גאון הירדן : כה אמר

בר	יביש עליהון	רום	ירדנא :	כדנן	אמר
ὅτι	ταλαιπώρηκε	φρυάγματα	τοῦ ἰορδάνου.	τάδε	λέγει
Nam	uastata est	superbia	Iordanis.	Sic	ait
Denn	ist verstöret	die pracht	des Jordans.	So	spricht

יהוה אלהי רעה את צאן ההרגה : C

ייי	אלהי	פרנס	ית	עאן	קבלא
κύριος	θεός μου	ποίμαινε	τὰ	πρόβατα	σφαγῆς.
Dominus	Deus meus	pasce		oues	mactandas.
der HErr	mein Gott	Hüte		Schaffe	der schlacht.

אֲשֶׁר קֹנֵיהֶן יַהַרְגֻן וְלֹא יֶאְשָׁמוּ וּמֹכְרֵיהֶן

ומזבניהון	עלנא חובא	ולא	קטלין להון	קניהון	די
καὶ πωλοῦντες αὐτὰ	μετεμελοῦντο	καὶ οὐ	κατέσφαζον	κτησάμενοι αὐτοὺς	ἃ
ac uendunt eas	peccare se putant	neq;	mactant	earum possessores	quas
vnd verkeuffen sie	sie achtens für sünd	vnd nicht	schlachten	jre Herrn	die

יֹאמַר בָּרוּךְ יְהוָה וַאעְשִׁר וְרֹעֵיהֶם

ורעיהן	די אעתרנא	ייי	בריך	אמרין
καὶ οἱ ποιμένες αὐτῶν	πεπλουτήκαμεν	κύριος	εὐλογητὸς	ἔλεγον
& pastores earum	sum dives	Dominus	benedictus	dicentes
vnd jre Hirten	Ich bin nu reich	der Herr	gelobt sey	sprechend

לֹא יַחְמוֹל עֲלֵיהֶן׃ כִּי לֹא אֶחְמוֹל

אחום	לא	ארי	עליהון׃	חייסין	לא
φείσομαι	οὐκ	οὖν	ἐπ' αὐτοῖς.	ἔπασχον οὐδὲν	οὐκ
ego parcam	Non	ergo	eis.	parcunt	haud
Ich wil schonen	nicht	So	jr.	schoneten	nicht

עוֹד עַל יֹשְׁבֵי הָאָרֶץ נְאֻם יְהוָה וְהִנֵּה

והא	ייי	אמר	ארעא	יתבי	על	עוד
καὶ ἰδοὺ	κύριος	λέγει	τῆς γῆς	κατοικοῦντας	ἐπὶ	ἔτι
& ecce	Dominus	dicit	terræ	habitatoribus		ultrà
vnd sihe	der Herr	spricht	des Lands	jnwoner	der	mehr

אָנֹכִי מַמְצִיא אֶת הָאָדָם אִישׁ בְּיַד

ביד	גבר	אנשא	ית	מגרי	אנא
εἰς χεῖρα	ἕκαστον	ἀνθρώπους		παραδίδωμι	ἐγὼ
in manu	unumquemlibet	homines		tradam	ego
in der hand	ein jglichen	die Leute		wil lassen	Ich

רֵעֵהוּ וּבְיַד מַלְכּוֹ וְכִתְּתוּ אֶת הָאָרֶץ

ארעא	ית	ויבזון	מלכיה	וביד	חבריה
γῆν	τὴν	καὶ κατακόψουσι	βασιλέως αὐτοῦ	καὶ εἰς χεῖρα	πλησίον αὐτοῦ
terram		ut dißipent	regis sui	inq; manu	proximi sui
Land	das	das sie zuschlahen	seines Königs	vnd in der hand	seines nehisten

וְלֹא אַצִּיל מִיָּדָם׃ וָאֶרְעֶה אֶת צֹאן

עמא	על	ומניתי פרנסיא	מידהון׃	אשיזיב	ולא
πρόβατα	τὰ	καὶ ποιμανῶ	ἐκ χειρὸς αὐτῶν.	ῥύσωμαι	καὶ οὐ μὴ
oues		& paui	de manibus eorum.	liberet eos	neq;
Schaff		Vnd ich hütet	von jrer hand.	Ich wil sie erretten	vnd nicht

הַהֲרֵגָה לָכֵן עֲנִיֵּי הַצֹּאן וָאֶקַּח לִי שְׁנֵי

לתרתין	קדמי	אסב	עאן	ענוי	בכן	קטלא
δύο	ἐμαυτῷ	καὶ λήψομαι	προβάτων	ἀθλιῶν	ἕνεκεν	τῆς σφαγῆς
duos	mihi	& sumsi	oues	misellas	propter	occisionis
zweien	zu mir	aber ich nam	schaffe	der elende	vmb willen	der würge

מקלות

מַקְלוֹת לְאַחַד קָרָאתִי נֹעַם וּלְאַחַד

חוּטְרַיָּא לְחַד קְרֵאִית שַׁפִּיר וּלְחַד

καὶ τὴν ἑτέραν   κάλλος   ἐκάλεσα   τὴν μίαν   ῥάβδους

& alterum   decorem   uocaui   unum   baculos

vnd den andern   sanfft   Ich hies   einen   stebe

קָרָאתִי חֹבְלִים וָאֶרְעֶה אֶת הַצֹּאן : ו

קְרֵאִית חַבְלִין וְאַרְעֵי יָת עָנָא :

προβάτα.   τὰ   καὶ ποιμανῶ   σχοίνισμα   ἐκάλεσα

gregem.   & paui   dolorem   uocaui

der Schaffe.   vnd hütet   wehe   Ich hies

וָאַכְחִד אֶת שְׁלֹשֶׁת הָרֹעִים בְּיֶרַח אֶחָד

וְשֵׁיצֵיתִי יָת תְּלָתָא פַּרְנָסַיָּא בְּיַרְחָא חַד

ἑνὶ   ἐν μηνὶ   ποιμένας   τρεῖς   τοὺς   καὶ ἐξαρῶ

uno   in mense   pastores   tres   ac sustuli

einem   im mond   Hirten   drey   vnd ich vertilgete

וַתִּקְצַר נַפְשִׁי בָּהֶם וְגַם נַפְשָׁם בָּחֲלָה

וְרַחֵיק נַפְשִׁי בְּהוֹן וְאַף נַפְשֵׁיהוֹן רְחֵיקַת

ἀνανεύει   ψυχὴ αὐτῶν   καί γε   ἐν αὐτοῖς   ψυχή μου   καὶ βαρυνθήσεται

detestatus est   animus eorum   ac uicissim   illos   animus meus   & detestatus est

wolt nicht   jre Seele   widerumb   jr   meine seele   denn mocht nicht

בִּי : וָאֹמַר לֹא אֶרְעֶה אֶתְכֶם הַמֵּתָה

בִּי : וַאֲמָרִית דְּלָא אֶרְעֵי עֲלֵיכוֹן דְּמֵיתָא

τὸ ἀποθνῆσκον   ὑμᾶς   ποιμανῶ   οὐ   καὶ εἶπα   μέ.

quod moritur   uos   pascam   Non   & aio   me.

was da stirbt   ewr   ich wil hüten   nicht   vnd sprach   mich.

תָמוּת וְהַנִּכְחֶדֶת תִּכָּחֵד וְהַנִּשְׁאָרוֹת ת

יְמוּתוּן וּדְמִשְׁתֵּיצָא יִשְׁתֵּיצוּן וּדְיִשְׁתַּאֲרוּן

καὶ τὰ κατάλοιπα.   ἐκλειπέτω   καὶ τὸ ἐκλεῖπον   ἀποθνησκέτω

& reliquias.   succidatur   quod succiditur   moriatur

vnd die vbrigen.   das verschmachte   was verschmachtet   das sterb

תֹּאכַלְנָה אִשָּׁה אֶת בְּשַׂר רְעוּתָהּ : וָאֶקַּח

יֵיכְלוּן גְּבַרְיָת יַת בִּיסְרָא קָרִיבֵיהּ : וְאַיְתֵיתִי

καὶ λήψομαι   πλησίον αὐτοῦ.   σάρκα   τὴν   ἑκάστη   κατεσθιέτωσαν

& sumsi   alterius.   carnem   queq;   deuorent

vnd ich nam   der andern.   fleisch   das   eine   fressen

אֶת מַקְלִי אֶת נֹעַם וָאֶגְדַּע אֹתוֹ לְהָפֵיר

יָת חוּטְרִי יַת שַׁפִּיר וְאַגְלֵיתִי יָתֵיהּ לְאַשְׁנָאָה

τοῦ διασκεδάσαι   αὐτὴν   καὶ ἀπέρριψα   τὴν καλὴν   ῥάβδον μου

ut fieret irritum   illum   & fregi   decorem   baculum meum

das ich auffhube   jn   vnd brach ab   sanfft   meinen stab

את

אֶת בְּרִיתִי אֲשֶׁר כָּרַתִּי אֶת כָּל הָעַמִּים׃

ית קיימי ד——קיימית ית כל עממין׃

τὴν διαθήκην μου ἣν διεθέμην πρὸς παντας λαούς.

fœdus meum quod pepigeram cum omnibus populis.

meinen bund den ich hatte gemacht mit allen Völckern.

וַתֻּפַר בַּיּוֹם הַהוּא וַיֵּדְעוּ כֵן עֲנִיֵּי הַצֹּאן

ועל דאשניאו ביומא הוא הוו ידעין כן דענוי עאן

καὶ διασκεδασθήσεται ἐν ἡμέρᾳ ἐκείνῃ καὶ γνώσονται οὕτως τὰ ἄθλια πρόβατα

irritum factum est in die illa & agnouerunt sic misellæ oues

vnd ward auffgehaben am tage selben da merckten dabey die elende schaffe

הַשֹּׁמְרִים אֹתִי כִּי דְבַר יְהוָה הוּא׃ וָאֹמַר

נטרין יתי ארי פתגמא דיוי הוא׃ ואמרית

φυλασσόμενα μοι διότι λόγος κυρίου ἐστι. καὶ ἐρῶ

obseruantes me quod uerbum Domini esset. & dixi

die da hielten auff mich das wort des Herrn es were. vnd ich sprach

אֲלֵיהֶם אִם טוֹב בְּעֵינֵיכֶם הָבוּ שְׂכָרִי

להון אם תקין בעיניכון הבון אגרי

πρὸς αὐτούς εἰ καλόν ἐν ὀφθαλμοῖς ὑμῶν δότε μισθόν μου

ad eos sic placet uobis adferte mercedem meam

zu jnen so es gefellet euch bringt her wieuiel ich gelte

וְאִם לֹא חֲדָלוּ וַיִּשְׁקְלוּ אֶת שְׂכָרִי ש

ואם לא אתמנעו ושקלו ית אגרי

εἰ δὲ μή, ἀπείπασθε καὶ ἔστησαν μισθόν μου

Sin autem minus omittite & adpenderant mercedem meam

Wo aber nicht, so lasts ansthehen vnd sie wugen dar was ich galt

שְׁלֹשִׁים כָּסֶף׃ וַיֹּאמֶר יְהוָה אֵלַי הַשְׁלִיכֵהוּ

תלתין כספא׃ ואמר יוי לי רמוהית

τριάκοντα ἀργυροῦς. καὶ εἶπε κύριος πρὸς μὲ κάθες αὐτοὺς

triginta argenteos. & ait Dominus ad me proijci o illud

dreissig silberling. vnd sprach der Herr zu mir wirffs

אֶל הַיּוֹצֵר אֶדֶר הַיְקָר אֲשֶׁר יָקַרְתִּי

על ברא עתיר יקרא די יקרית

εἰς χωνευτήριον μεγάλον ὅμαδον ὧ ἐδοκιμάσθην

ad figulum magnificum precium quo licui

zum töpffer die treffenliche Summa der ich bin werd geacht

מֵעֲלֵיהֶם וָאֶקְחָה שְׁלֹשִׁים הַכֶּסֶף וָאַשְׁלִיךְ

מן עליהון ואסב תלתין בספא ושלחית

ὑπὲρ αὐτῶν καὶ ἔλαβον τριάκοντα ἀργυροῦς καὶ ἐνέβαλον

ab eis itaq; tuli triginta argenteos & proieci

von jnen da nam ich die dreissig silberling vnd warff

אתו

אֹתוֹ בֵּית יְהוָה אֶל הַיּוֹצֵר ׃ וָאַגְדִּעַ

וּגְדַעִית	בְּרָא ׃	עַל	דַּיְיָ	בֵּית	יָתֵיהּ
καὶ ἀπέρριψα	χωνευτήριον.	εἰς	κυρίου	εἰς οἶκον	αὐτοὺς
ac fregi	figulum.	ad	Domini	in ædem	eos
vnd ich zubrach	töpffer.	zum	des Herrn	ins Haus	sie

אֶת מַקְלִי הַשֵּׁנִי אֶת הַחֹבְלִים לְהָפֵר

לְאַשְׁנָיָא	חִבְלִין	יָת	תִּנְיָין	חוּטְרִי	יָת
τοῦ διασκεδάσαι	σχοίνισμα	τὸ	δευτέραν	ῥάβδον μου	
ut irrita fieret	dolorem		alterum	baculum meum	
das ich auffhube	wehe		andern	meinen stab	

אֶת הָאַחֲוָה בֵּין יְהוּדָה וּבֵין יִשְׂרָאֵל ׃

יִשְׂרָאֵל ׃	וּבֵין	יְהוּדָה	בֵּין	אַחֲוַת	יָת
Ἰσραήλ.	καὶ ἀνὰ μέσον	Ἰούδα	ἀνὰ μέσον	ἀδελφίαν	τὴν
Israelem.	interq;	Iudam	inter	fraternitas	
Israel.	vnd zwischen	Juda	zwischen	bruderschafft	die

וַיֹּאמֶר אֵלַי עוֹד קַח לְךָ כְּלִי ר

מָאנֵי	לָךְ	אִסַּב	עוֹד	לִי	וַאֲמַר
σκεύη	σεαυτῷ	λάβε	ἔτι	πρός με	καὶ εἶπε
instrumenta	tibi	Sume	amplius	ad me	Et inquit
gezeug	zu dir	Nim	weiter	zu mir	vnd er sprach

רֹעֶה אֱוִלִי ׃ כִּי הִנֵּה אָנֹכִי מֵקִים ר

מְקִים	אֲנָא	הָא	אֲרֵי	טִפְּשָׁא ׃	פַּרְנָסָא
ἐξεγείρω	ἐγὼ	ἰδοὺ	γάρ	ἀπείρου.	ποιμένος
suscito	ego	Ecce	Nam	stulti.	pastoris
wil auffwecken	ich	sihe	Denn	eins törichten.	Hirten

רֹעֶה בָּאָרֶץ הַנִּכְחָדוֹת לֹא יִפְקֹד ה

תִּדְבַּר	לָא	צַדְיָן	בְּאַרְעָא	פַּרְנָסָא
ἐπισκέψηται	οὐ μὴ	τὸ ἐκλεῖπον	ἐν γῇ	ποιμένα
inuisunt	non	deficiens qui	in terra	pastores
die besehen	nicht	das verschmachte	auffm Lande	Hirten

הַנַּעַר לֹא יְבַקֵּשׁ וְהַנִּשְׁבֶּרֶת לֹא יְרַפֵּא

אָסֵי	לָא	וּדְאִיתְּבַר	תִּבְעַי	לָא	אִיתְּבַר
ἰάσηται	οὐ μὴ	καὶ τὸ συντετριμμένον	ζητήσῃ	οὐ μὴ	τὸ διεσκορπισμένον
curant	non	& confractum	inquirunt	non	concisum
die heilen	nicht	vnd das zubrochen	die suchen	nicht	das zuschlagen

הַנִּצָּבָה לֹא יְכַלְכֵּל וּבְשַׂר הַבְּרִיאָה י

פַּטִּים	וּבְסַרָא	יְסוֹבַר	לָא	דִּיצִּבָא
τῶν ἐκλεκτῶν	καὶ κρέα	κατευθύνῃ	οὐ μὴ	τὸ ὁλόκληρον
pinguium	sed carnem	alunt	non	incolume
der fetten	sondern das fleisch	versorgen	nicht	das gesund

יאכל ופרסיהן יפרק : הוי רעי האליל

דאליל	פרנסא	ווי	פרק :	ופרסיהון	מיכל
τὰ μάταια	ποιμαίνοντες	ὦ	ἐκστρέψει.	καὶ ἀστραγάλους αὐτῶν	καταφάγεται
idolatricis	*pastoribus*	*ue*	*discerpent.*	*& ungulas eorum*	*uorabunt*
Götzen	hirten	we	sie werden zureissen.	vnd jre klawen	sie werden fressen

עזבי הצאן חרב על זרועו ועל עין

עין	ועל	דרעיה	על	חרבא	ענא	תשבקין
ὀφθαλμὸν	καὶ ἐπὶ	βραχίονα αὐτῶν	ἐπὶ	μάχαιρα	πρόβατα	καταλελοιπότες
oculum	*superq́;*	*brachium eorum*	*super*	*gladius sit*	*gregem*	*deserentibus*
auge	vnd auff	jren arm	auff	das schwert kom	die herde	die verlassen

ימינו זרעו יבוש תיבש ועין ימינו

דימיניה	ועיניה	תיבש	מיבש	דרעיה	ימיניה.
δεξιὸς αὐτῶν	καὶ ὀφθαλμὸν	ξερανθήσεται	ξηραινόμενος	ὁ βραχίων αὐτῶν	δεξιὸν αὐτῶν
dexter eorum	*& oculos*	*siccet*	*inarescat*	*brachium eorum*	*dextrum eorum*
jr rechtes	vnd auge	er mus verdorren	er mus verdorren	jr recht arm	jr recht

כהה תכהה :

תיכהי :	מיכהא
ἐκτυφλωθήσεται.	ἐκτυφλούμενος
caliget.	*hebes*
Es mus dunckel werden.	es mus dunckel werden

CAPVT undecimum habet Prophetiam admirandam de Christo: qua primum Ierosolymæ uastationem comminatur. Dein de uocatione Christi: de quinq; peccatis malorum pastorum, adeoq; de quinq; pęnis secuturis peccata: de causa aduentus Christi: uerba facit. Tertio de doctrina Christi successuq; eius Prophetat. Quarto, Christum iri uenditum argenteis triginta prædicit. Quinto, legem totam à Iudæis propter Christum uenditum ablatum iri comminatur. Sexto, propter uerum pastorem Christum uenditum, eiusq; doctrinæ contemtum, Iudæos punitum iri prædicit, adeoq; pastoribus falsis (quorum describit imposturam) minatur perditionem. Diuidamus ergo caput in locos sex.

I. PRIMVS LOCVS minatur Ierosolymæ uastationem.

פתח לבנון דלתיך ותאכל אש בארזיך : הילל ברוש כי נפל ארז אשר
אדרים שדדו הילילו אלוני בשן כי ירד יער הבציר :

Exordio pathetico & figurato: comminatur atq; prædicit ciuitati Solymæ uastationem: omnia μεταφορικῶς: ne uidelicet tristi Prophetia deterreantur ab extruendo: quòd audirent, tam crudeliter à Romanis ædem & urbem destructum iri.

לבנון Mons inter Arabes & Phænices altissimus: nobilis cedris. Cuius materies ideo sumebatur ad templi structuram: quòd esset procera, iucundi saporis, portantibus non onerosa: perennis, à tineis adeo non corruptibilis, ut eius

oleo

oleo (qnod uocant κεδρέλαιον) uncti libri, non lædantur à carie tineaque.

ברוש abies dicta: quod præ cæteris arboribus longe eat. Sumebatur ad templi structuram: ut rectissima omnia: tamq; ualidas trabes reddens, ut & ponderi ausint resistere, & non temere rumpantur. κατὰ τὴν μετωνυμίαν Libani, Cedri, abietis, adpellatione: uult intelligi templum Solymum, è Cedris & abietibus Libanicis extructum. ותאכל אש exustionem templi prædicit. Verbo הילל tristiciam accisuram in uastatione subdit. Non solum igitur templo Solymo per Romanos exustionem comminatur: sed etiam prædicit in ea calamitate ciues Solymos tristaturos uehementer ululaturosq;.

אלוני בשן Basan regio transIordanem: quercubus durissimis & amplissimis diues: E cuius quoniam robore querceo constructa fuit urbs Solyma, dicta est יער הבציר saltus munitus κατὰ τὴν μετωνυμίαν ἢ συνεκδοχήν. Verbo ירד prædicit urbem Solymam, ualde munitam crudeliter destruendam. Quem in uastatione ciuitatis planctum sunt ciues ædituri uerbo הילילו exprimit.

קול יללת הרעים כי שדדה אדרתם קול שאגת כפירים כי שדד גאון הירדן :

Comminatur atq; prædicit magistratibus Ecclesiastico & politico: uastationem lugubrem per Romanos.

הרעים Pastores qui conscientias famelicas uerbo Dei pascunt, aluntq;: metaphora, à pastoribus, qui pecori terræ pabulum, seu cibum herbaceum, fœniceum, paleaceum, stramenticium, suppeditant. גאון magnifica sacerdotum palatia, quicquidq; ad festum sacrum pertinet. Comminatur uniuerso choro sacerdotum uastationem: prædicitq; fletum ob uastationem per Romanos futurum.

כפירים Magistratus & dites Solymi: quorum auditur שאגת dum non manet lapis super lapidem, ut Christi uerbis utar. Metaphora, ab ingenio leonino: quali fuerunt Solymi ante uastationem.

גאון הירדן est הירדן Fluminis nomen in Iudæa ad radices Libani: nomen habens à duobus fluuijs יר & דן qui coniuncti Iordanem efficiunt. גאון Iordanis haud dubiè nominauit: quicquid boni Ierosolymam à Iordane transuectum est: quo uidelicet magnifice superbirent, & se cunctis urbibus antecellere gloriarentur: & Plinius affirmat: Ierosolymam ciuitatum Orientalium fuisse celeberrimam. Comminatur æque primatibus & ditibus: uastationem per Romanos extremam Hactenus de uastatione, templi, ciuitatis, magistratus Ecclesiastici & politici: nunc de causis.

II. SECVNDVS LOCVS, de uocatione Christi: de quinq; peccatis malorum pastorum & penis secuturis peccata: nimirum aduentus Christi causa.

כה אמר יהוה אלהי רעה את צאן ההרגה

Spiritus Dei patris uocat Christum in carnem uenturum ad docendum Iudæos in hoc: ut uideat quam populus sit miserè seductus à doctoribus falsis: nilq; aliud sit quam grex mactationi destinatus.

אמר Spiritus de Christo loquitur Ioan. 16. ille me clarificabit. אלהי Deus meus est Deus in Christo: per quem Deus meus & tuus est: teste Paulo, Omnia nobis donauit in Christo. רעה Doce uerbum Dei: sic utitur Christus Ioan. 20. Pasce oues meas. צאן ההרגה populus Iudæorum, qui doctrina

falsa tanquàm oues in laniena mactabatur, uerisque doctoribus, instar Pharisæorum aduersans illosque mactans: ut Stephanus aiebat, quem Prophetarum non occidistis?

אשר קניהן יהרגן ולא יאשמו ומכריהן יאמרו ברוך יהוה ואעשיר
ורעיהם לא יחמול עליהן

Quinque peccata malorum pastorum describuntur. Primum, officio docendi præfectos accusat uocabulo קניהן in eo quod traditionibus humanis dominentur miseris conscientijs, easque occidant, Dicit enim יהרגן uelut tyrannus subiectis dominatur, & innocentes occidit. Secundum peccatum est temerariæ securitatis & superbiæ, quod exprimens uerbis ולא יאשמו quasi diceret, non rentur se peccare, quicquid tandem faciant aut dicant aduersus Deum: quod notat etiam Psalmus 73. Tertium exprimit uocabulo מכריהן quo notat auariciam eorum, quos Ps. 14. uocat præuaricatores, uorantes populum ut alantur ipsi, & 2. Pet. 2. negociantes sermonibus fictis. Quartum κοιλιακῶς exprimit uerbis יאמרו ברוך יהוה quibus describit Apostolorum uentris, non solum auariciam gloriabundam, uerum etiam superbam derisionem pauperum sanctorum: non audias illos de misericordia Dei in Christo promissa loqui, sed uideas omnia propter unum Deum uentrem & dicere & facere. Quintum exprimit uerbis לא יחמול uelut Epiphonemate depingens malorum pastorum inexplebilem rapacitatem & lanienam parricidialem. Hos uocat Christus Matth: 7. lupos rapaces: ut enim lupus est tam rapax & inexplebilis: ut in ouile ruens, etiamsi posit ouicula una occisa satiari: tamen haud uorat ullam, donec omnes iugularit. Sic pastores mali non sunt contenti seducere paucos expilareque: sed omnes omnino student à uerbo Dei seducere, et suarum tradicionum laqueis irretire: nec cessant oues iugulare, dum una contra balat. Vide Matth. 23.

כי לא אחמול עוד על ישבי הארץ נאם יהוה והנה אנכי ממציא את
האדם איש ביד רעהו וביד מלכו וכתתו את הארץ ולא יציל מידם ׃

Quinque penæ describuntur peccatis malorum pastorum debitæ: quas Iosephus tam horribiliter impletas esse prodit: ut peccatorum dictorum magnitudo & pęnarum iamdictarum acerbitas Dei misericordiam in cœlo mouerit Christum mittere: qui secundum promisiones oues miseras, non solum è faucibus impiorum eriperet, sed etiam doctrina meliore pasceret uitaque æterna donaret. לא אחמול secundum comminationes Decalogi Iudæorum iniquitates uisitabo. איש ביד רעהו Priuatos uerbo Dei, suis consilijs relinquam, hoc est, uarijs & miserabilibus sectis affligam, ita ut discordia magna sit doctrinæ, è qua uitæ magna discordia manat, è qua tandem sediciones & bella proueniunt. וביד מלכו uarijs & impijs gubernatoribus impios reluctantesque diuexabo, sicut liber Macabæorum indicat. וכתתו את הארץ per discordiam populi & regum impietatem uastari Iudæam miserabiliter ולא יציל מידם relictos à Deo pastorum malorum discipulos priuabo cuncta quoque ope humana & diuina, ut non solum nouos & impios habeant reges, qui non defendant quoad tandem regnum Iudæorum ad gentes omnino transferatur: quod accidit per Herodem Idumæum: uerum etiam nouos & impios habeant doctores, qui tam crudeliter excrucient animos eorum, ut existimare posint Iudæi, nullum esse Deum in cœlis, qui respiciat homines: quod accidit Iudæis per scribas, Pharisæos, Sadduceos, sub & ante Christi aduentum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0126-1

וארעה את הצאן ההרגה לכן עניי הצאן

Christus in carnem ueniens, ministerium uerbi suscipit: causamq; aduentus sui, dicit esse miseriam ouium à lupis dilaniatarum, hoc est, pauculum electorum numerum. Quam sententiam confirmat etiam Io.17. quos mihi dedisti pater, ijs dedi uerbum tuum. עניי הצאן sunt quos supra uocauit obseruantes, ut & Matth. 11. pauperes, id est, conscientias legis comminationibus perterrefactas: quibus lætas promissiones gratiæ diuinæ prædicantur. Opponens illis צאן ההרגה significat discipulos Pharisæorum more præceptorum suorum Christum & Ecclesiam Dei ridere persequiq; solere.

III. LOCVS TERTIVS de Christi doctrina, eiusq; successu docet. Primum, quomodo Christus explicatione legis & Euangelij docuerit μετανοεῖν τε καὶ πιστεύειν in remissionem peccatorum & uitam æternam. Deinde, quomodo Christus Euangelio suo tres pastores aboleuerit uno mense. Tertio, quale sit dissidium inter Christum & doctores falsos. Quarto, quomodo Iudæi sint reiecti propter Euangelij contemtum: gentesq; Euangelio credentes electæ. Quinto, Christum nullos habere discipulos, nisi peccatores resipiscentes & credentes.

ואקח לי שני מקלות לאחד קראתי נעם ולאחר קראתי חבלים וארעה את הצאן

Integram doctrinam Christi de pœnitentia & fide complectitur: omnibusq; imitanda præscribitur in hoc, ut omnes doceant, instar Christi: uidelicet eos, qui credunt promissionibus diuinis, iuxta baculum iucundum, hoc est Euangelion Christi liberatum iri à legis maledicto: qui uero non credunt, eos secundum baculum alterum, id est, legis maledictum perpetuò damnatum iri. Sic enim Christus utitur his duobus baculis, Ioannis tertio, dicens: Qui credit non iudicabitur, qui non credit, iudicatus est. מקל baculus, Dei uerbum significat, ut Ps. 23. baculus tuus me consolatur .i. uerbum Dei quo Diabolum, mundum, infernum, quasi fustigo, per fidem promissionum & orationem Dominicam. Et Mosis baculus quo mare percussit, Dei uerbum significat, שני מקלות sunt lex & Euangelion seu doctrina pœnitentiæ & remissionis peccatorum: sic enim ait, Docete pœnitentiam & remissionem peccatorum in nomine meo. Primum baculum ideo uocat נעם iucunditatem: quia Euangelion seu promissio gratiæ diuinæ in Christo credita, lenit iram Dei, redditque conscientiam iucundam, tranquillam saluam: teste Paulo, iustificati fide pacem habemus cum Deo per Christum. Secundum baculum, id est, legem uocat חבלים dolores, quia legis maledictiones ueterem hominem contristant, eneruant, sauciant, iudicant, damnant, perdunt, cum suis cogitationibus, dictis, factis omnibus, ita ut lex tota nil aliud sit, quàm agnitio peccati, pædagogiaq; ad Christum legis implementum unicum ac æternum. Obserues ideo נעם præponi חבלים quia Euangelion docere proprium est Christi: sicut legem docere proprium est Mosis. Horsum illud: Lex per Mosen, gratia per Christum

ואכחד את שלשת הרעים בירח אחד

Prædicere uelle: ex oriente Christo cum Euangelio suo cultum Mosaicum, nedum Pharisaicum omne dogma euaniturum. Confirmat ipsemet dicens: Lex & Prophetæ usq; ad Ioannem. Horsum & illud Pharisæorum, si di-

mittemus hunc, omnes in illum credent. שלשת הרעים ſunt triplices doctores & gubernatores in populo Iudaico: quorum ij qui Ieremiam oderunt mentionem faciunt, dicentes cap. 18. Percutiamus Ieremiam, quia non peribit lex à ſacerdote, nec conſilium à ſapiente, nec ſermo à Propheta. Loco trium ordinum horum inſtitutorum à Deo fuerunt tempore Chriſti, Phariſæi, Scribæ, Sadducæi. Nam loco Prophetarum è Dei ſpiritu loquentium erant Scribæ, Antiprophetæ, conditoresq; legum humanarum. Phariſæi & Sadducæi fuerunt ſectæ inter ſe diuerſæ ab hominibus inſtitutæ: de quibus Act. 23. ירח אחד eſt omne tempus doctrinæ Chriſti: quia uerbum Dei non redit uacuum, tam potens ut incipere uerbi ſit perficere. ואכחד uera doctrina falſam è medio tollam. Vult ergo dicere: Chriſtum Euangelij ſui inicio ſeu tam breui tempore quàm menſurnum eſt, doctrinam moſaicam impleſſe, Euangelioq; falſam doctrinam aboleuiſſe. Cur autem lux mundi Chriſtus paſtores tres uno menſe delerit, uis ſcire?

ותקצר נפשי בהם וגם נפשם בחלה בי

Inimicicia ſeminis mulieris & ſeminis ſerpentis adeoq; ὁ ἄσπονδος πόλεμος Chriſti & Phariſæorum ab Euangeliſtis deſcriptus à Spiritu Chriſti prædicitur. ותקצר נפשי totus auerſor doctrinam Phariſaicam: magnoq; zelo in eam inuehor, iuxta illud: Zelus tuæ domus exedit me. בחלה בי uiciſsim Phariſæi me tam uehementer oderunt, ut meam doctrinam hæreticam & ſeditioſam accuſent: ſicut Luc. 22. aiebant, Vetat tributa Cæſari dare, profitetur ſe regem, auertit gentes. Adeo Chriſtus à doctrina Phariſæorum abhorruit, ut in uno capite Matthæi diras imprecetur, octiesq; uæ detonet. Econtra Phariſæi ſunt doctrinam Chriſti ſic deteſtati, ut non modo dæmonium & Samaritanum ignominioſè uocarint, ſed etiam nullum apicem eius doctrinæ, uel legagem uel Euangelicum amplecti uellent. Dum legis comminationibus iræq; exemplis auariciam & idolatriam Phariſæorum damnat, excandeſcunt, inuident, accuſant, lapidant. Dum cogit illos baculo iucundo, id eſt, promittit reſipiſcentibus & credentibus æterna bona, ſequi credereq; noluut. Dum baculo duro percutit illos, hoc eſt, incredulis omnia mala comminatur, ſpernunt, crucifigunt, occidunt. Venitq; uſu Domino Ieſu cum doctrina ſua ceu conqueritur Lucæ II. Cecinimus uobis & non ſaltaſtis: planximus & non fleſtis: iuſtificataq; ſapientia à filijs ſuis eſt.

ואמר לא ארעה אתכם המתה תמות והנכחדת תכחד והנשארות תאכלנה
אשה את בשר רעתו:

Velut imprecatione legali excuſationeq; Euangelica: non modo cauſam reiectionis Iudæorum exponit: nempe, contemtum Euangelij Chriſti, iuxta Pſ. 109. Nolunt benedictionem & elongabitur ab illis Verum etiam adfirmat, ſe non eſſe in culpa, quo minus ſaluentur. Quod ſanè compleuit Io. 12. dicens. Non ueni in mundum ut iudicem mundum, ſed ut ſaluem: uerbum quod locutus ſum, iudicabit eum in nouiſsimo die. E quo lucet dicere לא ארעה אתכם nil aliud eſſe quam reijcere Iudæos incredulos: ſicut ait Io. 10. Non eſtis de ouibus meis, quia mihi non creditis. Dicere המתה תמות eſt incredulis mortem æternam minari: ſicut Ioan. 8. Si non credideritis, quod ego ſim, in peccatis ueſtris moriemini. His uerbis הנכחדת omnem damnationis culpam à ſe reijcit in incredulos, uultq; dicere, iuſtum eſſe Dei iudicium, ut omnes Chriſto

nolentes

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0128-2

nolentes credere, bonaq; à Deo promissa gratis per solam fidem accipere: ut secundum Mosi legem propter incrudelitatem iudicentur atq; condemnentur: sicut & Ioa:5 Christus ad Iudæos inquit. Ego uos apud Patrem non accuso: est qui uos accuset, Moses. תאבלנה est contemtoribus Euangelij prædicere: quia nolunt Euangelion pacis audire, cogentur sectas audire: quiaq; Christum habere Saluatorem nolunt: ferre Diabolum perditorem cogentur. Qui non est mecum, est contra me. Dum spiritus immundus ex homine pulsus redit, fiunt illius hominis posteriora primis deteriora, Proprie תאבלנה אשה בשר רעהו est: mordentes inuicem ab inuicem consumi, ut Pauli uerbis utar:

ואקח את מקלי את נעם ואגדע אתו להפיר את בריתי אשר כרתי את כל העמים

Prædicitur: Euangelion ob incredulitatem sic à Iudæis ablatum iri, & datum gentibus iri: ut Paulus hanc Prophetiam impleuit, Act:14. dicens: Vobis Iudæis oportuit quidem primò Dei uerbum nunciari: sed quia reijcitis ac uosmetipsos indignos æterna uita iudicatis: ecce conuertimur ad gentes. אקח מקלי נעם Euangelion ab incredulis Iudæis auferam ita, ut nullam aliam ob rem omnibus legis maledictionibus æternum adficiantur, quàm quòd noluerunt per incredulitatem omnibus bonis in Christo promissis æternum frui. Quod confirmat Ioan.3. dicens: qui non credit filio, super illo manet ira Dei. להפיר את בריתי fædus cum omnibus gentibus ictum est promissio Gen:12. facta: hoc facere irritum, est, propter incredulitatem auferre Dei regnum à Iudæis & dare gentibus credentibus Matth:21.

ותפר ביום ההוא וידעו כן עניי הצאן השמרים אתי כי דבר יהוה הוא

Prædicere uult: multos uocatos ad cænam, omnes excusaturos se defecturosq; ab Euangelio per incredulitatem, propterq; Mammona ac Deum uentrem: & tantum paucos credentes adhæsuros Euangelio: cogniturosq; per fidem Christum esse Messiam in scripturis promissum. Inter quos erat unus Nathanael Ioannis primo dicens: reperimus Messiam in scripturis promissum. Magna laus est miserarum ouium, deficientibus pinguibus ab Euangelio non deficere. Tales beatos uocat Christus Matth.11.

Per עניי הצאן Intelligo quartam seminis partem, id est, pusillum illum gregem Euangelio credentem tempore Christi: ut Simeon, Anna, Maria, Zacharias, Elisabeth, Centurio, Apostoli. השמרים uerbum audiunt, confitentur, ut Maria sedens ad pedes Iesu, Lucæ 10. & Deipara uerbum in corde, Luc.2. כי דבר ex signis uerbum sequentibus Deitatem Christi cognoscunt: ut Ioan:6. Petrus, uerba uitæ æternæ habes. Centurio dicebat: uere hic filius Dei fuit.

IIII. LOCVS QVARTVS habet uaticinium in tota scriptura certissimum & clarissimum, de Christo à Iuda uendito argenteis triginta: quæ nimirum uenditio iusti pro pecunia, fuit in Iosepho à fratribus suis innocenter uendito præfigurata, Primum igitur uidet spiritus ac prædicit Christum à Iuda uenditum iri Iudæis. Dein Iudæos daturos Iudæ triginta argenteos, ut CHRISTVM prodat. Tertiò, Iudam acturum pænitentiam nimis seram argenteos in templum proijciendo: tandemq; agrum in sepulturam peregrinorum à figulo pro argenteis emtum iri. Nolo in meridie lumen, ut aiunt: sed uetera nouaq; proferens è thesauro Domini mei, simpliciter uaticinium explicare, hoc

re, hoc

re, hoc est, quando sit hæc Prophetia completa, per Matthæum Euangelistam indicare.

ואמר אליהם אם טוב בעיניכם הבו שכרי

Præuidere spiritum inq; Christi persona uelle prædicere, Christum â Iuda uenditum, & à Iudæis emtum iri ad occidendum: testatur Matthæus 26. scribens, Non solum Christum hoc præscientem ad Iudam dixisse, Quod facis, fac citius: Sed etiam Iudam ad Pharisæos dixisse, quid uultis mihi dare, egoq; uobis illum tradam?

Hæc autem uerba אם לא חדלו subindicant: Christum satis quidem præsciuisse ex Psalmo & hoc loco, se proditum iri à Iuda (sic enim ait, qui mecum in patinam intingit, is me proditurus est) sed adeo non fuisse delectatum proditione Iudæ perditioneq;, ut etiam dehortari uoluerit à prodendo: lucet ex eo quod subdit, Ve, per quem filius hominis prodetur.

Certum est autem Iudæorum principes & sacerdotes, Iudæ proditori argenteos triginta pollicentes hæc uerba Zachariæ, וישקלו את שכרי שלשים כסף complesse: nam sic ait Matth: 26. Polliciti sunt Iudæ argenteos triginta. Addens porrò Matthæus (ex eo querebat occasionem Christum prodendi) clarè docet, auariciam fuisse proditionis causam: Quod sanè uerbis Ioannis duodecimo confirmo dicentis: Iudas erat fur.

Enimuero sicut uerbis his: ויאמר יהוה אלי השליכהו אל היוצר prædicit argenteos triginta pro agro figuli cuiusdam iri datum, uidelicet in sepulturam peregrinorum, Matth. 26. Ita uerbis his אדר היקר אשר יקרתי מעליהם εἰρωνικῶς admiratur Iudæorum illam diabolicam & tartaream impietatem & crudelitatem, uidelicet Christum per omnes Patriarchas & Prophetas ab inicio mundi promissum, & unicum Seruatorem omnibus damnatis credendum ad salutem propositum: æstimari tam uili, ut non solum argenteis triginta summa uidelicet præclara, sed etiam ad crucem acerbissimam & mortem turpissimam uenierit: gratis interim Barraba principe latronum dimisso. Est hoc omnibus uerbi ministris & Christianis exemplum præscriptum, ut discant: instar Christi, non solum indignis semper postponi, sed etiam dum omnia bona mundo ingrato faciunt, omnia mala præmij loco referre. Non potest aliter sacrilega perfidia & crudelitas parricidialis omnium Iudæorum & Antichristorum erga Christum & Christianos gerere sese: nimirum, ut scriptura compleatur, in salutem & gloriam Christi & Christianorum æternam: in damnationem autem & pænam Iudæorum & Anticristorum æternam.

Proinde mirum non est, proditorem tanta pænitentia ductum esse, ut semet laqueo suspenderit. Quæ sanè pænitentia desperabunda, uerbis his: ואקחה שלשים הכסף ואשליך אתו בית יהוה אל היוצר prædicta uidetur. Subscribit Matthæus 26. Prophetiam completam, his uerbis confirmans: Iudas pænitentia ductus retulit argenteos triginta principibus sacerdotum, proiectisq; illis in templo recessit, & se laqueo suspendit. Talis erit finis omnium Iudæ filiorum: qui nostro sæculo propter stercus terræ pecuniam Christi confessores produnt ac uendunt.

CVR autem MATTHAEVS Euangelista citat hunc locum ex Ieremia Propheta: cum non sit in Ieremia? Quanquàm non sit huius explicationis proprium aperire questionis rationem; qua disceptant theologi, cur

Matthæus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0130-2

Matthæus hunc locum citans, non Zachariam, ſed Ieremiam nominet. Quin etiam Matthæi citatio, nec cum Hebraica ueritate, neq; cum Græcis tralatoribus conſpiret. Attamen ſtudioſis Theologiæ non oſtendere, quo pacto queat diſceptatio componi: mihi eſt religio. Quod à Matthæo citatur ex Ieremia: certum eſt in toto Ieremia non reperiri. In Zacharia autem hic reperitur: ita tamen, ut Matthæi Græca uerba nec Hebraicis Zachariæ, nec Græcorum interpretationi reſpondeant. Nemo autem Matthæum in hoc falſitatis accuſet, erroriſq; damnet: quod eius citatio cum Hebræo minimè conſpiret, quòd à Græco tralatore diſcrepet, quòd pro Zacharia nominet Ieremiam. Siquidem Matthæus in citando non eſt Hebraica uerba à Zacharia poſita, ſed uerborum ſententiam infuſam à ſpiritu ſancto aucupatus, ut mos eſt Apoſtolicus in teſtimonijs ſæpe citandis uerba negligere, & ſenſum utcumq; reddere citareq;. Ecquid autem mirum eſt Matthæum à Zacharia uerbis non re diſſonantem, à Græcorum tralatione diſſentire, proq; Zachariæ nomine ponere Ieremiæ nomen? Haud dubitandum eſt apud Græcos errore librarij nomen Zachariæ in nomen Ieremiæ demutatum eſſe. Quo dein errore latinus interpres deceptus: theologis uel imperitis fontis Solymi, uel non conferentibus interpretes linguarum cum Hebraica ueritate præbuit occaſionem diſceptandi περὶ τοῦ ὀνόματος perennem: ne quid grauius dicam. Ergo licet credam tot & tantos uiros prioris ſæculi olfeciſſe, ſcriptoris errorem eſſe pro Zacharia legi Ieremiam, neminem tamen illorum auſum eſſe pro nomine adulterino reponere germanum: demirarer, ni ſcirem quid eſſet homo ſine ſpiritu Chriſti.

V. LOCVS quintus habet comminationem: qua prædicitur, ob Chriſtum uenditum etiam legem totam à Iudæis ablatum iri.

ואגדע את מקלי חשני את החבלים להפר האחוה בין יהודה ובין ישראל

Comminando uaticinatur, ob Chriſtum paſtorem uenditum & contemtum: Iudæorum prærogatiuam qua cunctis gentibus uerbi Dei myſterijs antelati ſunt euanituram, inq; locum uerbi Dei nugas humanas ſucceſſuras חבלים lex propter legis tranſgreſsæ maledictiones ſic uocata. ואגדע frangitur baculus uocatus חבלים quando lex tota ſacerdotium legiſq; uſus & intellectus à Iudæis aufertur. האחוה eſt coniunctio illa diuina Iſraelis & Iudæ facta, eo quod Deus Iudæ & Iſraeli præ cunctis gentibus uerbum ſuum dedit, teſte Pſ. 147. להפר ſic tollere ut nunquàm reſtituatur.

VI. LOCVS SEXTVS uaticinatur: propter uerum paſtorem Chriſtum uenditum eiuſq; doctrinæ contemtum: Iudæos puniendos eſſe doctoribus falſis: quorum impoſturam graphicè depingit, eiſq; perditionem comminatur: ut autem comminationis fidem magis confirmet, uerbo ſignum addit, nempe uani paſtores inſtrumenta, qualia ſunt cornu, pera, baculus.

ויאמר אלי עוד קח לך כלי רעה אולי ; כי הנה אנכי מקים רעה בארץ

Comminationem ſigno confirmari iubet in hoc: ut tam uerè ſint uani paſtores in populo Iudaico futuri, propter Chriſti paſtoris uenditi doctrinam contemtam: quàm certò Zacharias à uero paſtore inſtrumenta ſumta circumfert. רעה uocat qui paſtoris habet nomen officium non. עוד ſignificat

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0131-8

ficat ideo repeti comminationem, ut Iudæi ſibi magis caueant à falſa doctrina ſecutura.

הנכחדות לא יפקד הנער לא יבקש והנשברת לא ירפא הנצבה לא יכלכל
ובשר הבריאה יאכל ופרסיהן יפרק

Paſtorum uanorum & doctrinam ſacrilegam & lanienam cruentam ita depingit,ut paſtores uani paſtori uero Chriſto collati, nil aliud ſint quàm fures & latrones,hic perennem ignominiam,et alibi pænam æternam promeriti. Per הנכחדות לא יפקד defectum non uiſitare, uult intelligi: conſcientias legis diris territas Euangelij promiſsionibus non conſolari. Per הנער לא יבקש concuſſum non requirere: contritione mentium deſperabundarum non affici, ſtudereq; illis uerbo Dei mederi. Quid eſt autem והנשברת לא ירפא fractum non ſanare? nimis durum erga lapſos & infirmos eſſe: miſeraſq; eorum conſcientias Euangelio non ſolari, uerum legis operibus potius onerare,contritaſq; penitus frangere. הנצבה לא יכלכל incolume non curare: pios Dei uerbo non alere, ut indies reddantur meliores, inq; menſuram ætatis plenè adultæ Chriſti creſcant. ובשר הבריאה יאכל ופרסיהן יפרק quicquid eſt aliquid illis reſiſtens, nec illorum uanæ doctrinæ conſentiri uolens, opprimunt damnantq;.

הוי רעי האליל עזבי הצאן חרב על זרועו ועל עין ימינו זרעו יבוש תיבש
ועין ימינו כהה תכהה

Exclamatione Pathetica uanis paſtoribus una cum ſuis ouibus propter eas ipſas cauſas:pænas cum temporarias, tum æternas eaſdem minitatur,quas Pſal.109. depingit atq; comminatur inquiens: Præfice illis impium,& Diabolus à dextris eorum ſtet. רעי uocat paſtores,inſtar idolorum mutos ad docendum uerbum Dei quo uiuit homo: uentris tantum abdomini ſeruientes ita,ut illis uentris diſcipuli non ſecus offerant, quo muti canes alantur,quàm Babylonij quondam Beli uentribus offerebant עזבי צאן non ob aliud uocantur,niſi quòd præter uentrem Deum adeo nil curant,ut oues ſibi commiſſas omnino uerbi Dei fame perire ſinant ;inſtar Phariſæorum tempore Chriſti, quos accuſat Chriſtus Matth:9. tanquàm ouium deſertores. Dignus operarius mercede:quæ merces igitur? חרב id eſt, ultio diuina comminationibus expreſſa. Quid ſignificat זרעו ועין ימינו quicquid docetur & fit dextrum .i. ad huius & futuræ uitæ ſalutem conferre uidetur. Super hæc uenire gladium ita,ut brachium ſiccum inareſcat,& oculus dexter præ caligine cecutiat,eſt:excecari eneruariq; ita, ut nec rectum aliquid doceri, nec ſalutare quid fieri poſsit,tandemq; excæcati & eneruati cum ſua impietate & crudelitate diſpereant.

CAPVT DVODECIMVM.

משא דבר יהוה על ישראל נאם יהוה

מטל פתגמא דיוי על ישראל אמר יוי

λῆμμα λόγου κυρίου ἐπὶ ἰσραὴλ λέγει κύριος

Onus uerbi Domini super Israelem inquit Dominus

Die last wort des Herrn vber Israel spricht der Herr

נטה שמים ויסד ארץ ויצר רוח אדם

דתלא שמיא ושכליל ארעא וברא רוחא דאנשא

ἐκτείνων οὐρανὸν θεμελιῶν γῆν καὶ πλάσσων πνεῦμα ἀνθρώπου

extendens cælos ac fundans terram & fingens spiritum hominis

der ausbreitet den Himel vnd der gründet die erde vnd der macht den odem des menschen

e בקרבו : הנה אנכי שם את ירושלם

במעוהי : הא אנא משוי ית ירושלם

ἐν μέσῳ αὐτοῦ. ἰδοὺ ἐγὼ τίθημι τὴν ἱερουσαλὴμ

in medio eius. Ecce ego reddam Ierusalem

in jm. Sihe ich ich wil zurichten Jerusalem

e סף רעל לכל העמים סביב וגם על

מזרקא דילוט לכל עממיא סחור ואף ד—

κρατῆρα σαλευόμενα πᾶσι λαοῖς κύκλῳ καίγε ἐν

calicem commouentem omnes populos circulatim quinetiam in

ein daumel——becher allen völckern die vmbher sind denn auch wider

e יהודה יהיה במצור על ירושלם : והיה

בית יהודה יהי בצירא ל——ירושלם : ויהי

ἰουδαίᾳ ἔσαι πολιορκία ἐπὶ ἱερουσαλήμ καὶ ἔσται

Iuda erit obsidio contra Ierusalem. & erit

Juda wird werden wenn belagert (wird) Jerusalem. vnd sol gescheen

e ביום ההוא אשים את ירושלם אבן

בעידנא ההיא אשוי ית ירושלם אבן

ἐν ἡμέρᾳ ἐκείνῃ θήσομαι ἱερουσαλὴμ λίθον

in die illa ponam Ierusalem lapidem

am tage selben ich wil machen Jerusalem stein

e מעמסה לכל העמים כל עמסיה שרוט

תקלא לכל עממיא כל אבסתא אתבזזא

καταπατούμενον ἐπὶ πάντας λαοὺς πᾶς καταπαίζων αὐτὸν ἐμπαίζων

onerosum cunctis populis quisquis onerat illo sese collidetur

ein last vber alle Völcker alle die jn auff sich laden sollen zuschmettert werden

e ישרטו ונאספו עליה כל גויי הארץ :

יתבזזון ויתכנשון עלה כל עממי ארעא :

ἐμπαίξεται καὶ ἐπισυναχθήσονται ἐπ᾽ αὐτὴν πάντα ἔθνη τῆς γῆς.

conteretur & confluent aduersus eam cunctæ gentes terræ.

der sol zuschmettert werden vnd es werden sich samlen wider sie alle Heyden auff erden.

בַּיּוֹם הַהוּא נְאֻם יְהוָה אַכֶּה כָל
בְּעִידָנָא הַהִיא אֲמַר יְיָ אֲמְחֵי כָל
ἐν ἡμέρα ἐκείνῃ λέγει κύριος πατάξω πάντα
In die illa inquit Dominus percutiam omnes
am tage selben spricht der Herr ich wil machen alle

סוּס בַּתִּמָּהוֹן וְרֹכְבוֹ בַּשִּׁגָּעוֹן וְעַל בֵּית
סוּס בְּטַפְשׁוּתָא וְרוֹכְבֵיהוֹן בְּשַׁעֲמְמוּתָא וְעַל דְּבֵית
ἵππον ἐν ἐκστάσει καὶ ἀναβάτην αὐτοῦ ἐν παραφρονήσει καὶ ἐπὶ οἶκον
equos stupore & ascensores eorum horrore at super Domum
rosse schew vnd jren Reutern bange aber vber das haus

יְהוּדָה אֶפְקַח אֶת עֵינַי וְכֹל סוּס הָ
יְהוּדָה אֲגַלֵּי יָת גְּבוּרְתִּי וְכָל סוּסָוָת
Ἰούδα διανοίξω ὀφθαλμούς μου καὶ πάντας ἵππους
Iuda aperiam oculos meos & cunctos equos
Juda ich wil offen haben meine augen vnd alle rosse

הָעַמִּים אַכֶּה בַּעִוָּרוֹן׃ וְאָמְרוּ אַלֻּפֵי יְהוּדָה *)
עַמְמַיָּא אֲמְחֵא בְּסַמְיוּתָא׃ וְיֵימְרוּן רַבְרְבֵי יְהוּדָה
λαῶν πατάξω ἀποτυφλώσει. καὶ ἐροῦσιν χιλίαρχοι Ἰούδα
populorum feriam cecitate. Et dicent principes Iuda
der Völcker ich wil schlagen mit blindheit vnd werden sagen die Fürsten Juda

בְּלִבָּם אַמְצָה לִי יֹשְׁבֵי יְרוּשָׁלַםִ בַּיהוָה *)
בְּלִבְּהוֹן אַשְׁתְּכַחַת פּוּרְקָן לִי יָתְבֵי יְרוּשְׁלֶם בְּמֵימְרָא דַיְיָ
ἐν καρδίαις αὐτῶν εὑρήσομεν ἑαυτοῖς κατοικοῦντας Ἱερουσαλὴμ ἐν κυρίῳ
in corde suo fortes sint mihi ciues Ierusalem in Domino
in jren hertzen mir es seien nur getrost die Bürger Jerusalem im Herrn

צְבָאוֹת אֱלֹהֵיהֶם׃ בַּיּוֹם הַהוּא אָשִׂים אֶת *)
צְבָאוֹת אֱלָהֲהוֹן׃ בְּעִידָנָא הַהִיא אֲשַׁוֵּי יָת
παντοκράτορι θεῷ αὐτῶν. ἐν ἡμέρᾳ ἐκείνῃ θήσομαι τοὺς
exercituum Deo suo. In die illa reddam
Zebaoth jrem Gott. am tage selben ich wil machen

אַלֻּפֵי יְהוּדָה כְּכִיּוֹר אֵשׁ בְּעֵצִים וּכְלַפִּיד *)
רַבְרְבֵי יְהוּדָה כְּלִבּוּשׁ דִּי נוּר בְּאָעַיָּא וּכְבְעוּר
χιλιάρχους Ἰούδα ὡς δαλὸν πυρὸς ἐν ξύλοις καὶ ὡς λαμπάδα
principes Iuda tanquam caminum ignis in lignis & tanquam faculam
die Fürsten Juda zum ofen fewr im holtz vnd zur fackeln

אֵשׁ בְּעָמִיר וְאָכְלוּ עַל יָמִין וְעַל שְׂ *)
דְּאֶשָּׁא בְּעֲמִירָא וְיֵיבְזוּן עַל יְמִינָא וּמִן
πυρὸς ἐν καλάμῃ καὶ καταφάγωσι ἐκ δεξιῶν καὶ ἐκ
ignis in aceruo manipulorum ut consumant à dextris & à
fewr im stro das sie verzeren zur rechten vnd zur

שמול

שמאול את כל העמים סביב וישבה e

ציפונא ית כל ניכסי עממיא סחור סחור ותיתב

καὶ κατοικήσει κύκλοθεν λαοὺς πάντας εὐωνύμων

& habitabitur circulatim populos omnes sinistris

vnd sol bewonet werden vmbher völcker alle lincken

ירושלם עוד תחתיה בירושלם: והושיע e

ירושלם עוד באתרה ותצלח ירושלם : ויפרוק

καὶ σώσει ἐν ἱερουσαλήμ. καθ᾽ ἑαυτήν ἔτι ἱερουσαλὴμ

& seruabit Hierosolymis. in loco suo adhuc Ierusalem

vnd wird erretten zu Hierusalem. an jrem ort fort Jerusalem

יהוה את אהלי יהודה בראשנה למען לא e

ייי ית קרויא דבית יהודה בקדמיתא בדיל ולא

οὐ ὅπως καθὼς ἀπ᾽ ἀρχῆς ἰούδα σκηνώματα κύριος

non ut uelut olim Iuda tabernacula Dominus

nicht das wie vorzeiten Juda die Hütten der Herr

תגדל תפארת בית דוד ותפארת ישב e

תיסגי איתרברבות בית דויד ואיתרברבות יתבי

κατοικούντων καὶ ἐπάρσεις δαβίδ οἴκου καύχημα μεγαλυνθῇ

ciues ne glorientur Dauid domus gloriando extollatur

die Bürger noch sich rhümen Dauid das Haus rhüme sich hoch

ירושלם על יהודה: ביום ההוא יגן e

ירושלם על דבית יהודה : בעידנא ההיא ירחיב

ὑπερασπιεῖ ἐκείνῃ ἐν ἡμέρᾳ τὸν ἰούδα. ἐπὶ ἱερουσαλήμ

pugnabit illa In die Iuda. contra Hierusalem

wird schirmen selben am tag Juda. wider Jerusalem

יהוה בעד יושב ירושלם והיה הנכשל e

ייי על יתבי ירושלם ויהי דחלש

ὁ ἀσθενῶν καὶ ἔσται ἱερουσαλὴμ κατοικούντων ὑπὲρ κύριος

qui ceciderit eritq; Ierusalem ciuibus pro Dominus

wer fellet vnd wird gescheen Jersalem die bürger für der Herr

בהם ביום ההוא כדויד ובית דויד כ e

בהון בעידנא ההיא כדויד ובית דויד

δαβίδ καὶ οἶκος ὡς δαβίδ ἐκείνῃ ἐν ἡμέρᾳ ἐν αὐτοῖς

Dauidis & domus ut Dauid illa in die inter eos

Dauid vnd das haus wird sein wie Dauid selben am tage vnter jn

כאלהים כמלאך יהוה לפניהם: והיה ביום e

כרברבין כמלאכא דייי קדמיהון : ויהי בעידנא

ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἔσται ἐνώπιον αὐτῶν. κυρίου ὡς ἄγγελος ὡς θεοῦ οἶκος

in die Et erit ante eos. Domini uelut angelus instar Dei

am tag vnd sol gescheen vnter jnen. des HErrn wie der Engel wie Gottes haus

ההוא אבקש להשמיד את כל הגוים

ההיא	אתבע	לשיצאה	ית	כל	עממיא
ἐκείνῃ	ζητήσω	ἐξᾶραι	τὰ	πάντα	ἔθνη
illa	destinabo	perdere		cunctas	gentes
selben	ich wil gedencken	zuvertilgen		alle	Heiden

הבאים על ירושלם : ושפכתי על בית

דימתכנשין	על	ירושלם :	ואשפוך	על	בית
ἐρχόμενα	ἐπὶ	Ἱερουσαλήμ.	καὶ ἐκχεῶ	ἐπὶ	οἶκον
transeuntes	contra	Ierusalem.	& effundam	super	domum
die gezogen sind	wider	Jerusalem.	vnd ich wil ausgiessen	vber	das haus

דויד ועל יושב ירושלם רוח חן

דויד	על	יתבי	ירושלם	רוחא	חסדא
Δαβίδ	καὶ ἐπὶ	κατοικοῦντας	Ἱερουσαλήμ	πνεῦμα	χάριτος
Dauidis	superq;	ciues	Hierusalem	spiritum	gratiæ
David	vnd vber	die Bürger	Jerusalem	den Geist	der gnade

ותחנונים והביטו אלי את אשר דקרו

ורחמין	ויבעון	מן קדמי	על	ד	אטלטלו
καὶ οἰκτιρμοῦ	καὶ ἐπιβλέψονται	πρός με	εἰς	ὃν	ἐξεκέντησαν
& precum	& aspectabunt	me		quem	confixerunt
vnd gebets	vnd sie werden ansehen	mich		den	sie zustochen haben

וספדו עליו כמספד על היחיד והמר

ויספדון	עלוהי	כמא דספדין	על	יחידא	ויימרון
καὶ κόψονται	ἐπ᾽ αὐτὸν	ὡς κοπετὸν	ἐφ	ἀγαπητῷ	καὶ ὀδυνηθήσονται
& lugebunt	eum	ceu lugeri	(assolet)	unigenitus	& merebunt
vnd sie werden klagen	jn	wie man klaget	ein	einig kind	vnd werden sich betrüben

עליו כהמר על הבכור : ביום ההוא

עלוהי	כמא דמתמרין	על	בוכרא :	בעידנא	ההיא
ἐφ᾽ αὐτὸν	ὡς ὀδύνῃ	ἐπὶ	πρωτοτόκῳ.	ἐν ἡμέρᾳ	ἐκείνῃ
propter eum	ceu mereri solet	ob	primogenitum.	in die	illo
vber jm	wie man sich betrübt	vber	eim ersten kind.	am tag	selben

e יגדל המספד בירושלם כמספד הדדרמון

יסגי	מספדא	בירושלם	כמספדא	הדדרמון
μεγαλυνθήσονται	ὁ κοπετὸς	ἐν Ἱερουσαλήμ	ὡς κοπετὸς	ἁδραριμῶν
magnus erit	luctus	in Hierusalem	instar luctus	Hadradrimon
wird gros sein	klage	zu Jerusalem	wie die klage	Hadradimon

e בבקעת מגדון : וספדה הארץ משפחות

בבקעת	מגידון :	ויספדון	ארעא	זרעין
ἐν πεδίῳ	μεγιδδών.	καὶ κόψεται	ἡ γῆ	κατὰ φυλάς
in campo	Megiddon.	Et lugebit	terra	familia
im felde	Megiddon.	Vnd wird klagen	das Land	iglich geschlecht

משפחות

מִשְׁפָּחוֹת לְבַד מִשְׁפַּחַת בֵּית דָּוִיד לְבַד e

בִּלְחוֹד	דָּוִד	בֵּית	זַרְעִיתָא	בִּלְחוֹד	זַרְעֲיָן
καθ' ἑαυτὴν	Δαβίδ	οἴκου	ἡ φυλὴ	καθ' ἑαυτὴν	φυλὴ
seorsim	David	Domus	*familia*	*seorsim*	*familia*
besonders	**David**	**des haus**	**das geschlecht**	**besonders**	**iglich geschlecht**

וּנְשֵׁיהֶם לְבַד מִשְׁפַּחַת בֵּית נָתָן לְבַד e

בִּלְחוֹד	נָתָן	בֵּית	זַרְעִיתָא	בִּלְחוֹד	וּנְשֵׁיהוֹן
καθ' ἑαυτὴν	ναθὰμ	οἴκου	ἡ φυλὴ	καθ' ἑαυτὴν	καὶ γυναῖκες αὐτῶν
seorsim	Nathan	*domus*	*familia*	*seorsim*	*uxoresq; eorum*
besonders	**Nathan**	**des haus**	**das geschlecht**	**besonders**	**vnd jre Weiber**

וּנְשֵׁיהֶם לְבַד : מִשְׁפַּחַת בֵּית לֵוִי לְבַד e

בִּלְחוֹד	לֵוִי	בֵּית	זַרְעִיתָא	בִּלְחוֹד :	וּנְשֵׁיהֶם
καθ' ἑαυτὴν	λευὶ	οἴκου	ἡ φυλὴ	καθ' ἑαυτὴν.	καὶ γυναῖκες αὐτῶν
seorsim	Leui	*domus*	*familia*	*seorsim.*	*uxoresq; eorum*
besonders	**Leui**	**des haus**	**das geschlecht**	**besonders**	**vnd jre weiber**

וּנְשֵׁיהֶם לְבַד מִשְׁפַּחַת הַשִּׁמְעִי לְבַד e

בִּלְחוֹד	שִׁמְעִי	זַרְעִיתָא	בִּלְחוֹד	וּנְשֵׁיהֶם
καθ' ἑαυτὴν	συμεὼν	ἡ φυλὴ	καθ' ἑαυτὴν	καὶ γυναῖκες αὐτῶν
seorsim	*Simeon*	*familia*	*seorsim*	*& uxores eorum*
besonders	**Simeon**	**das Geschlecht**	**besonders**	**vnd jre Weiber**

וּנְשֵׁיהֶם לְבַד : כֹּל הַמִּשְׁפָּחוֹת הַנִּשְׁאָרוֹת e

דִּי אִישְׁתְּאָרָא	זַרְעִיתָא	כָּל	בִּלְחוֹד :	וּנְשֵׁיהֶם
ὑπολελειμμέναι	φυλαὶ	πᾶσαι	καθ' ἑαυτὴν.	καὶ γυναῖκες αὐτῶν
reliquæ	*familiæ*	*cunctæ*	*seorsim.*	*& uxores eorum*
andere	**Geschlecht**	**alle**	**besonders.**	**vnd jre weiber**

מִשְׁפָּחוֹת מִשְׁפָּחוֹת לְבַד וּנְשֵׁיהֶם לְבַד : e

בִּלְחוֹד :	וּנְשֵׁיהוֹן	בִּלְחוֹד	זַרְעֲיָן	זַרְעֲיָן
καθ' ἑαυτὴν	καὶ γυναῖκες αὐτῶν	καθ' ἑαυτὴν	φυλαὶ	φυλαὶ
seorsim.	*& uxores eorum*	*seorsim*	*familia*	*familia*
besonders.	**vnd jre Weiber**	**besonders**	**iglich geschlecht**	**ein geschlecht**

ARgumentum capitis duodecimi: facilè dixerim his uerbis exprimi: Onus uerbi Domini super Israelem. Caput ergo ceu locum communem, de persecutione & cruce Christianorum atque Christi: simpliciter in membra diuidamus, explicemusque scripturis.

משא דבר יהוה על ישראל נאם יהוה נטה שמים ויסד ארץ ויצר רוח אדם בקרבו

Epigraphe: non modo uaticinans de cruce Christianorum (quos capite priore miseras oues uocauit: sed etiam descriptione omnipotentiæ Dei miseras oues consolans. משא concio de persecutione. ישראל credentes in CHRISTVM. Gal. 6. Israel Dei. דבר יהוה Euangelion 1. Cor. 1. Dictum crucis

crucis uerbum. Vult quidem prædicere: Apostolos & discipulos, hoc est, Ecclesiam Christi, propter Euangelion, crucem in mundo laturam. Sed uicissim eo consolatur Ecclesiam sub cruce iacentem: quod Deus omnipotens in Christo creator & rector omnium: non modo persecutores, sed etiam persecutos habeat in manu sua ita, ut ne pilus quidem cadere de capite piorum queat, sine Dei uoluntate: nedum omnis impiorum persecutio, in bonum piorum æternum cooperetur: Paulo teste.

הנה אנכי שם את ירושלם סף רעל לכל העמים סביב׃

Vult non modo comminari Iudæis & gentibus Euangelion persequentibus: sed etiam prædicere. Tam uerè casuros inebriatos persecutionibus Apostolorum & Christianorum: ut necessario quidam uiuant æternum conuersi: quidam pereant æternum obstinati. q. d. Equidem uobis calicem adparabo: quem si uoletis exhaurire, sic inebriabimini: ut & cadatis et sitis uel conuersi per fidem salutem æternam, uel obstinati per incredulitatem, damnationem æternam, consecuturi.

ירושלם κατὰ τὴν μετωνυμίαν reliquiæ credentium ex Iudæis: ut Apostoli & discipuli. כל העמים omnes cum Iudæos tum Ethnicos Euangelion persequentes, & Christianismum uelut calicem exorbere conantes. סף Apostoli & discipuli: tam humiles & uiles, à persecutoribus Iudaicis et gentibus existimati, ut tam facile se putarent absorpturos Christianos impij, quàm facile calicem exorbent. רעל commouentem ideo uocans: quia persecutio tam reddit amentes & impotentes persecutores: ut instar ebrij, nec quid agant sciant, nec aliquid facere posint: more suis mactati iacentis humi.

וגם על יהודה יהיה במצור על ירושלם

Vult prædicere: eadem pericula uerbi ministros & Ecclesiam Christi mansura: uenturaq; à Iudæis & gentibus Athæis & Antichristis.

Per יהודה וירושלם ministros & Ecclesiam intellige: Per יהיה במצור persecutionem ferre.

והיה ביום ההוא אשים את ירושלם אבן מעמסה לכל העמים

Prædicere uult: omnes Euangelij doctores, tam ingratos hospites, tantoq; oneri futuros in mundo: ut nunquam illos aduenisse uellent, & semper cogitent, quomodo posint Euangelio, tanquàm oneri graui leuari. ירושלם ministros ex Ierosolyma missos in orbem. יום tempus noui testamenti. אבן מעמסה Euangelio de lapide offendiculi Christo: ideo lapis onerosus dicitur omnibus populis: quia doctrina crucis est stulticia perituris gentibus & Iudæis incredulis scandulum. 1. Cor. 1.

כל עמסיה שרוט ישרטו

Nil aliud prædicere uult: quàm neminem impiorum Euangelion posse ferre: omnesq; impios ut ministri Christi pellantur adniti: sed nil interim mercedis reportare, quàm ut ignominia damnationeq; perpetua afficiantur. Quod & Cbristus Lucæ 21. testatur. Quisquis super hunc lapidem ceciderit conquassabitur: super quem autem ceciderit, comminuetur. עמסיה qui resistunt Euangelio, onerant se lapide offendiculi: sibiq; reddunt inimicos uerbi ministros imò Christum quem ministri prędicant. Quod ideo uocat se onerare, quia is qui ministros Euangelij attingit, pupillam attingit oculi Christi: teste Zacharia

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0138-8

charia. שרוט ישרוט scindendo discendentur: prius macor in cal: posterius est ex Niphal. à uerbi ministris iudicabuntur, & à Deo condemnabuntur omnes qui resistunt Euangelio Christi.

ונאספו עליה כל גוים הארץ

Explicans ea quæ dicta sunt de lapide oneroso: docere uult. Intelligenda esse de persecutione Euangelij uniuersali, deq; interitu persecutorum. Horsum illud Christi Matth: 5. Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, sed beati estis, quia merces uestra copiosa in celis.

ביום ההוא נאם יהוה אכה כל סוס בתמהון ורכבו בשגעון

Comminari uult omni potentiæ mundi persequenti uerbum Dei: excecationem & damnationem Pharaonæam. סוס ורכבו omnes mundi potentes & magistratus equis & equitibus fidentes. אכה בתמהון ובשגעון id est, excecari permittam à Satana ita propter incredulitatem: ut nec Euangelio credere posſint ad salutem æternam: nec uidere posſint Euangelij persecutores nil facturos lucri nisi damnationem æternam. Sicut & Paulus scribit de excæcatione incredulorum per Deum huius sæculi.

ועל בית יהודה אפקח את עיני וכל סוס העמים אכה בעורון

Antithesi promittit Ecclesiæ salutem: & comminatur eius persecutoribus interitum cum ignominia. Dum enim multa causati sunt aduersus Euangelij confessores frustra: non aliter solent à Christianis derideri: quàm pueri derident eos, qui uelati oculos bacillo petunt ollam in medio positam frustra בית יהודה Ecclesia Christi. אפקח את עיני in omnibus periculis adero. סוס tyranni persequentes Euangelion. אכה בעורון reddi patiar ita stultos & infelices: ut & maledicatur ab omnibus, & in maledictione pereant.

ואמרו אלפי יהודה בלבם אמצה לי ישבי ירושלם ביהוה צבאות אלהיהם:

Prædicit Apostolos & uerbi ministros in persecutione tam animosos futuros per Spiritum sanctum, ut non modo glorientur ipsimet de tribulatione, contenti uerbo & spiritu Dei, instar Pauli, Rom. 5. Sed etiam consolentur suos discipulos in cruce promisſionibus diuinis, iuxta Prophetiam Mal. 3. אלפי Apostoli & doctores Euangelij. ירושלם credentes Euangelio. יהוה צבאות אלהיהם Christus ad dextram Dei intercedens. אמצה לי consolabuntur seipsos & alios in tribulatione promisſione Dei & Christi ita, ut & doctores & auditores dicant, Si Deus nobiscum quis contra nos?

ביום ההוא אשים את אלפי יהודה כביור אש בעצים וכלפיד אש בעמיר ואכלו על ימין ועל שמאל את כל העמים סביב

Describit Apostolici ministerij potentiam ac prædicit: Euangelion in toto mundo cum magno successu prædicatum iri: cunctaq; absumturum per spiritum arguentem mundum: conuersurumq; multos inter omnes gentes ad Christum. Sicut & Paulus Col. 1. gloriatur Euangelion in toto mundo fructum afferre. כביור וכלפיד אש Ideo comparat ardenti camino & faculæ igneę: quia non aliter intus & ore toti sunt flammei & efficaces spiritu sancto & uerbo Dei, ad consumendum & conuertendum: ut Heb: 4. de uerbi potentia dicitur: quàm caminus ardet & facula consumit ligna. בעצים ובעמיר gentes

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0139-7

carnales ideo ſuocat ligna & ſtipulam: quia non aliter ſunt apti per fidem ad ignem ſpiritus conſumentem affectus carnis ad uitam æternam: uel per incredulitatem, ad ignem æternum in tartaro, quàm ligna & ſtipulæ, ſunt nata ad ignem, conſumunturꝗ pabulum ignis facta. ואכלו conſumere à dextris & à ſiniſtris Euangelion undiꝗ fructificare: ſicut Paulus ait ſe ab Ieroſolyma uſꝗ ad Illyricum omnia Euangelio compleſſe.

וישבה ירושלם עוד תחתיה בירושלם

Docet: Ieroſolymam celeſtem ibi futuram in orbe terrarum uniuerſo, ubi uox Euangelij ſonat תחתיה ubi docebitur uerbum Dei.

והושיע יהוה את אהלי יהודה בראשנה למען לא תגדל תפארת בית דוד
ותפארת ישב ירושלם על יהודה׃

Docere uult: ante diſſidentes ita conuenturos in Chriſto per Euangelij fidem & charitatem: ut non amplius domus Iuda quaſi regale ſtemma ceteris ante ſtare ſe putet: nec Solymi ciues ſe præſtantiores exiſtiment cæteris Iudæis in terra degentibus: nec Iudæi ſe meliores gentibus putent: ſed omnes in doctrina Chriſtiana fide, unanimes futuros, ſicut & Paulus affirmat, in Chriſto nec circumciſio nec præputium: ſed fides per dilectionem operans. בראשנה Chriſtus Iudæos & gentes credentes, non minus iuſtos reputabit & ſaluos reddet, per ſolam fidem promiſsionis de Chriſto: quàm olim Iacobum & patres ſeruauit credentes. לא תגדל תפארת In nouo teſtamento nulla erit ἡ προσωποληψία, ſed omnes Chriſtiani per fidem æquales erunt coram Deo ſiue Iudæi ſiue gentes: ſicut & Paulus Gal. 3. teſtatur, omnes qui baptiſati eſtis, Chriſtum induiſtis: nulla differentia maris & fæminæ, ſerui & liberi, Iudæi & Græci. יהוה Chriſtus eſt.

ביום ההוא יגן יהוה בעד יושב ירושלם והיה הנכשל בהם ביום ההוא
כדויד ובית דויד כאלהים כמלאך יהוה לפניהם׃

Non modo prædicere uult Chriſtianum fragilem in nouo teſtamento per uerbum & ſpiritum Chriſti fore tam potentem ad ſternendum fide Diabolum huius ſæculi Deum: teſte Eph. 6. & 1. Pet. ultimo, quàm Dauid in ueteri teſtamento licet paruus collatus fratribus ingentem fundula ſtrauit Goliath. Verum etiam Chriſtianam deſcribere fortitudinem minimè uulgarem: eo quod docet, fortes Chriſtianos & ſimiles Dauidi & Paulo, Tribulationem fide uincenti in Eccleſia Dei fore exempla conſtantis fidei & fortitudinis angelicæ & diuinæ, quos omnes ut Apoſtolos & martyes audiant & imitentur docentes & operantes.

יום nouum teſtamentum. יגן Chriſtus uerbo ſpirituꝗ credentes ſic animabit & illis aderit, ut licet omnino fragiles & iam caſuri uideantur coram mundo, ſint tamen in Chriſto omnipotentes & inuicti futuri contra portas inferorum. הנכשל perſecutionem aut tribulationem patiens, ut 2. Cor. 12. Paulus aiebat, Infirmitate uirtutem perfici. בית דוד Fortes Chriſtiani & uerbo ſpirituꝗ Dei potentes uincere Diabolum & portas inferorum כאלהים כמלאך יהוה Fortes Chriſtianos & ſimiles Dauidi eſſe in Eccleſia præcipuos, & tanquàm angelos Dei qui doceant alios, & quos imitentur omnes: ut Paulus gloriatur ad Galatas, ſe tanquàm angelum Dei ſuſceptum.

והיה ביום ההוא אבקש להשמיד את כל הגוים הבאים על ירושלם

Commina-

Comminatur Atheis gentibus interitum. גוים persecutores Euangelij. ירושלם Ecclesia. אבקש ideo non subitò uerum tardiusculè gentium regna delebo: ut locus sit pænitentiæ & spacij satis ad resipiscendum & credendum.

DE SPIRITV SANCTO.

ושפכתי על בית דוד ועל יושב ירושלם רוח חן ותחנונים

PRomittit Spiritum sanctum reliquijs Iudæorum: ut Apostolis & discipulis & Iudæis credentibus in hoc: ut non solum doceat omnia cogitare, dicere, facere, quæ Deus ab homine requirit, adeoq; promissionum fide certificet de gratia Dei, quoties conscientia legis ira diuexatur: Paulo testificante, certificat spiritum nostrum quòd simus filij Dei. Verum etiam in tribulatione docet: non armis ulcisci persecutores, sed oratione Diabolum & patientia speq; aduersarios uincere: imò gloriari facit etiam in tribulatione: sicut Paulus Ro.6. & 8. Spiritus officium graphicè depingit ita, ut affirmet: eos tantum esse filios Dei, qui Spiritu Dei aguntur: eos autem Christi non esse qui Christi spiritum non habent. רוח חן ideo dicitur: quòd credentes promissioni de gratia Dei certificet, puto de remissione peccatorum & uita æterna. תחנונים ideo dicitur: quod in tribulatione pro nobis gemitibus intercedit ineffabilibus, uidelicet nescientibus orare sicuti decet. שפכתי Effundam, id est, de celo mittam Spiritum sanctum omni carni: sicut factum Act.2. secundum Prophetiam Ioelis. Nunc

DE PASSIONE CHRISTI.

IN cruce lancea perferatur: qua uidelicet passione meritus est spiritum gratiæ, precumq; effundere super omnem carnem. Vaticinatur autem Ecclesiam Christi compassuram: nedum passionem Christi prædicaturam quoad uenerit.

והביטו אלי את אשר דקרו

Non solum prædicit de cruce Christi quod impletum est Io.19. dum ait: Milites uidentes IESVM in cruce mortuum, non fregerunt ossa, uerum unus aperuit lancea eius latus exiuitq; cito sanguis & aqua. Quod factum est ut impleretur scriptura: non frangent ossa eius. Et iterum: aspicient quem confixerunt. Sed etiam docet: ubi prædicabitur Euangelion crucis in orbe terrarum uniuerso credituros multos Christum pro suis peccatis esse crucifixum, & cruce sua promeritum credentibus uitam æternam, accepturosq; per fidem spiritum sanctum, qui reddat sanctos & immortales Dei filios & hæredes: teste Paulo.

הביטו Aspicere crucifixum est: non solum eos qui Christum crucifixerunt oculis aspicere: ut prætereuntes Ierosolymæ Christum in cruce pendentem aspexerunt. Sed etiam animæ fide percepta ex Euangelij de Christi passione prædicatione, aspicere merita Christi passionis sibiq; Christum crucifixum confiteri, instar Pauli dicentis Gal.3. Christus liberauit nos à legis maledicto, factus pro nobis maledictio. Siquidem aspicere nil aliud reuera fit, quàm credere in Christum crucifixum, ita ut Ioan. 3. Christus ait: sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet exaltari filium hominis, ut omnes qui credunt illi non pereant, sed habeant uitam æternam. דקרו crucifixerunt & lancea perforarunt latus: sicut factum, Ioan.19.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0141-4

וספדו עליו כמספד על היחיד והמר עליו כהמר על הבכור ;

PRædicit ac deſcribit non modo crucis Euangelion & doctrinam pænitentiæ ſeriò prædicatum iri, ſed etiam credentes Euangelio crucis omnia libenter propter Chriſtum paſſuros & facturos : idq; tam ex animo quàm mater luget unigenitum aut primogenitum amiſſum.

כמספד lugere ſicut lugens unigenitum aut primogenitum, eſt: tam ſeriò conteri pænitentiaq; affici, propter ſua peccata cauſas paſsionis Chriſti: nedum ſeriò prædicare Chriſtum crucifixum, ut auditores etiam concupiſcentias ſuas crucifigant, & implorent Dei miſericordiam in CHRISTO promiſſam. Quàm mater ſeriò contriſtatur & luget ob amiſſum filium primogenitum aut unigenitum. Eſt enim ספד Lugere: non modo corporalem fletum edere, qualem diſcipuli, dum Chriſtum in cruce lancea perforatum cernerent: ſed etiam tanta cum pænitentia & fide prædicare Chriſtum crucifixum : quanta Paulus confitens ſe nil ſcire præter crucifixum, in hoc: ut credentes Euangelio Chriſti compaterentur, uidelicet deplorando ſemetipſos, quòd ipſorum peccata fuerint crucis Chriſti cauſa, teſte Ieſa. 53. Propterq; hoc in animum inducant, ſemel omnia propter Chriſtum facere, dicere, pati uelle : inſtar Pauli dicentis, Mundus mihi crucifixus eſt & ego mundo.

ביום ההוא יגדל המספד בירושלם כמספד הדדרמון בבקעת מגדון ;

Comparat ideo luctum Solymum paſsionis Chriſti, compaſsioniſq; Chriſtianorum luctui facto in ciuitate Hadadrimon, prope Megiddonem campum: in quo fuit occiſus rex pius Ioſias, deploratus in terra Iſraelitica 2. Chro. 36 ut doceat in Eccleſia: ſicut paſsionem Chriſti, non fictitiam, nec electiciam : ita paſsionem Chriſtianam tam ueram & ſeriam eſſe, quàm Paulus ſtygmata Chriſti pertulit in corpore ſuo.

וספדה הארץ משפחות משפחות לבד משפחת בית דוד לבד ונשיהם
לבד משפחת בית נתן לבד ונשיהם לבד ; משפחת בית לוי לבד ונשיהם
לבד משפחת השמעי לבד ונשיהם לבד ; כל המשפחות הנשארות
משפחות משפחות לבד ונשיהם לבד ;

Reſpiciens in diuiſionem tribuum duodecim: & morem Iudaicum mulieres ſeorſim in templo ſtandi : prædicit Chriſto paſſo, iuxta promiſsiones: ab omnibus credentibus Chriſti paſsionem iri prædicatum : & ab omnibus & ſingulis iri compaſſum הארץ alludit ad luctum uniuerſalem, de quo prius : ſignificatq; item creaturam Chriſto compati, nedum pios, ut in Euangeliſtis legitur. משפחות לבד Quamlibet familiam ſeorſim lugere : quid ? Chriſti paſsionem ubiq; prædicatum iri uehementer, & omnes ſinguloſq; credentes Euangelio Chriſti compaſſuros : & quemlibet Chriſtianum crucem ſuam patienter laturum. לבד Aduerbium ſubindicat : unumquemlibet Chriſtianum, ſuam illatam & propriam, non electiciam & quæſitam, laturum eſſe crucem, iuxta Chriſti illud Matt: 10. Qui uult me ſequi, tollat crucem ſuam. ונשיהם לבד ſicut mulieres in Eccleſia Iudaica ſeorſim ſtant : ita quemlibet & quamlibet ſeorſim crucem ſuam laturos propriam ob Chriſti nomen.

Cur

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0142-9

Cur tantum quatuor familias enumerat?

Quatuor familias nominatim enumerat: duas è regio stemmate, ut בית דוד ובית נתן & duas ex ordine sacerdotum, ut משפחת בית לוי ומשפחת השמעי ut ad Christi regnum & sacerdotium adludat: idq; prædicatum iri ab his familijs significat.

CAPVT XIII.

בַּיּוֹם הַהוּא יִהְיֶה מָקוֹר נִפְתָּח לְבֵית

לבית	גלי	מבועא	יהי	ההיא	בעידנא
τῷ οἴκῳ	διανοιγόμενος	ὁ πίδαξ	ἔσται	ἐκείνῃ	ἐν ἡμέρᾳ
domui	*apertus*	*fons*	*erit*	*illa*	*In die*
dem Haus	**frey offen**	**born**	**wird sein**	**selben**	**Am tag**

דָּוִיד וּלְיֹשְׁבֵי יְרוּשָׁלָם לְחַטָּאת וּלְנִדָּה׃

לות סואבת	לחובין	ירושלם	וליתבי	דויד
καὶ ἀντ᾽ ἀκαθαρσίαν	ἀντ᾽ ἁμαρτίαν	Ἱερουσαλὴμ	καὶ κατοικοῦσιν	Δαβίδ
contraq; immunditiam.	*aduersus peccatum*	*Ierusalem*	*& ciuibus*	*Dauid*
vnd wider vnreinigkeit	**wider die sünd**	**Jerusalem**	**vnd den Bürgern**	**Dauid**

וְהָיָה בַיּוֹם הַהוּא נְאֻם יְהוָה צְבָאוֹת

צבאות	ייי	אמר	ההיא	בעידנא	ויהי
Ζεβαώθ	κύριος	λέγει	ἐκείνῃ	ἐν ἡμέρᾳ	καὶ ἔσται
exercituum	*Dominus*	*inquit*	*illa*	*in die*	*porro*
Zebaoth	**der Herr**	**spricht**	**selben**	**am tag**	**vnd wird geschehen**

אַכְרִית אֶת שְׁמוֹת הָעֲצַבִּים מִן הָאָרֶץ

ארעא	מן	טעות עממיא	שום	ית	אשיצי
τῆς γῆς	ἐκ	τῶν εἰδώλων	ὀνόματα	τὰ	ἐξολοθρεύσω
terra	*de*	*idolorum*	*nomina*		*Excindam*
der Erden	**von**	**der Götzen**	**namen**	**die**	**Ich wil ausrotten**

וְלֹא יִזָּכְרוּ עוֹד וְגַם אֶת הַנְּבִיאִים ו

נביי שקרא	ית	ואת	עוד	יהי דוכרן משומהון	ולא
τοὺς ψευδοπροφήτας		καίγε	ἔτι	ἔσται αὐτῶν μνεία	καὶ οὐκ
Prophetas		*adhæc*	*amplius*	*eorum mentio fiat*	*ut non*
die Weissager		**dazu**	**mehr**	**man sol jr dencken**	**vnd nicht**

וְאֶת רוּחַ הַטֻּמְאָה אַעֲבִיר מִן הָאָרֶץ׃

ארעא׃	מן	אבטל	מסאבא	רוחא	וית
τῆς γῆς.	ἀπὸ	ἐξαρῶ	τὸ ἀκάθαρτον	πνεῦμα	καὶ
terra.	*è*	*expellam*	*immundum*	*spiritum*	*&*
lande.	**aussm**	**ich wil treiben**	**die vnreinen**	**Geister**	**vnd**

והיה כי ינבא איש עוד ואמרו אליו

ויהי	καὶ ἔσαι	Etenim	Vnd wird ge-scheen
ארי	ἐὰν	si	wenn
איתנבי	προφητεύσῃ	prophetarit	wird weissagen
גבר	τίς	aliquis	jmand
עוד	ἔτι	ultra	weiter
ויימרון	καὶ ἐροῦσιν	tum dicent	so sollen sagen
ליה	πρὸς αὐτὸν	ad illum	zum selben

אביו ואמו ילדיו לא תחיה כי שקר

אבוהי	πατὴρ αὐτοῦ	pater eius	sein Vater
ואימיה	καὶ μήτηρ αὐτοῦ	& mater eius	vnd seine mutter
ילדוהי	γεννήσαντες αὐτὸν	qui generauit eum	die jn zeuget haben
לא	οὐ	non	nicht
תתקיים	ζήσῃ	uiues	du solt leben
ארי	ὅτι	quia	denn
שקרא	ψευδῆ	falsum	falsch

דברת בשם יהוה ודקרהו אביהו ו

אתנביתא	ἐλάλησας	locutus es	du redest
בשמא	ἐν ὀνόματι	in nomine	im namen
דיוי	κυρίου	Domini	des Herrn
ויחרון	καὶ συμποδιοῦσιν αὐτὸν	& dispungent eum	vnd werden jn zustechen
בית אבוהי	πατὴρ αὐτοῦ	pater eius	sein Vater

ואמו ילדיו בהנבאו : והיה ביום

ואימיה	καὶ μήτηρ αὐτοῦ	& mater eius	vnd sein mutter
ילדוהי	γεννήσαντες αὐτὸν	qui generauerunt eum	die jn gezeugt haben
באתנביותיה :	ἐν τῷ προφητεύειν αὐτόν.	eò quod uaticinatus est.	wenn er weissagen wird.
ויהי	καὶ ἔσαι	Etenim	vnd sol gescheen
בעידנא	ἐν ἡμέρᾳ	in die	am tage

ההוא יבשו הנביאים איש מחזינו

היא	ἐκείνῃ	illa	selben
יבהתון	καταισχυνθήσονται	pudefient	sollen mit schanden bestehen
נביי שקרא	οἱ προφῆται	Prophetæ	die Weissager
גבר	ἕκαστος	quilibet	jglicher
מנבאתיה	ἐκ τῆς ὁράσεως αὐτοῦ	cum uisis suis	mit sein Gesichten

בהנבאתו ולא ילבשו אדרת שער למען

באתנביותיה	ἐν τῷ προφητεύειν αὐτὸν	quom Prophetarit de illis	wenn er dauon weissaget
ולא	καὶ μὴ	neq;	vnd nicht
לבושין	ἐνδύσονται	induent sese	sie sollen anzihen
אצטלא	δέρριν	pallio	Kleider
שערא	τριχίνην	piloso	harin
בדיל	ἀνθ' ὧν	ut	damit

כחש : ואמר לא נביא אנכי איש

לאלפא בריבין :	ἐψεύσαντο.	imponat.	sie betriegen.
ויימר	καὶ ἐρεῖ	sed dicet	sondern wird sagen
לא	οὐκ εἰμὶ	uon	nicht
נביא	προφήτης	Propheta	ein Prophet
אנא	ἐγὼ	ego sum	ich bin
גבר	ἄνθρωπος	uir	ein Man

עבד אדמה אנכי כי אדם הקנני מ

פלח	ἐργαζόμενος	-cola	der bawet
בארעא	τὴν γῆν	agri-	das feld
אנא	ἐγώ εἰμι	ego sum	ich bin
ארי	ὅτι	Nam	denn
אינשא	ἄνθρωπον	hominibus	den Leuten
אקנינני	δουλεύων ἐγώ	seruiui ego	ich hab gedienet

c מִנְּעוּרָי׃ וְאָמַר אֵלָיו מָה הַמַּכּוֹת הָאֵלֶּה
מִזְעִירִי׃ וְיֵימַר לֵיהּ מָה מַחֲתָא הָאִלֵּין
αὗται αἱ πληγαὶ τί πρὸς αὐτὸν καὶ ἐρῶ ἐκ νεότητός μου.
hæc uulnera ecquid ad illum Sin dixerint ab ineunte ætate.
diese für wunden was zu im wenn gesagt wird von meiner jugent auff

בֵּין יָדֶיךָ וְאָמַר אֲשֶׁר הֻכֵּיתִי בֵּית מְאַהֲבָי׃
בֵּין יְדָיךְ וְאָמַר דִּי אִמְחֵית בֵּית רַחֲמַי׃
ἀγαπητῶν μου. ἐν οἴκῳ ἐπλήγην ἕως καὶ ἐρῶ χειρῶν σου ἀνὰ μέσον
amicorum meorum. in domo uapulaui sic & dicet manibus tuis in
dere die mich lieben. im Haus bin ich geschlagen So und wird sagen deinen henden in

c חֶרֶב עוּרִי עַל רֹעִי וְעַל גֶּבֶר עֲמִיתִי נְאֻם
חַרְבָּא אִתְגְּלָאַת עַל מַלְכָּא וְעַל גַּבְרָא עַמִּי אֲמַר
λέγει ἐγγύθι μου ἄνδρα καὶ ἐπὶ ποιμένα μου ἐπὶ ἐξεγέρθητι ῥομφαία
dicit coæqualem mihi uirum & super pastorem meum super excitare gladie
spricht neben mir den man und uber mein hirten uber Wolauff schwerd

יְהוָה צְבָאוֹת הַךְ אֶת הָרֹעֶה וּתְפוּצֶיןָ
יְיָ צְבָאוֹת קְטוֹל יָת מַלְכָּא וְאִיתְבַּדְּרוּ
καὶ διασκορπισθήτωσαν ποιμένα τὸν πάταξον Σεβαωθ κύριος
& dispergentur pastorem percute exercituum Dominus
so wird zustrewet Hirten den Schlahe Zebaoth der HErr

הַצֹּאן וַהֲשִׁבֹתִי יָדִי עַל הַצֹּעֲרִים׃ וְהָיָה
עָאן וְאָתִיב גְּבוּרְתִּי עַל תִּינוֹקַיָּא׃ וִיהֵי
καὶ ἔσται μικρούς. ἐπὶ χεῖρα μου καὶ ἐπάξω τὰ πρόβατα
Eritque paruulos. ad manum meam & conuertam oues
Und sol geschehen den kleinen zu mein hand so wil ich keren die Herd

בְכָל הָאָרֶץ נְאֻם יְהוָה פִּי שְׁנַיִם בָּהּ יִכָּרְתוּ
בְּכָל אַרְעָא אֲמַר יְיָ חוּלָקִין תְּרֵין דְּבַהּ יִשְׁתֵּיצוּן
ἐξολοθρευθήσεται ἐν αὐτῇ δύο μέρη κύριος λέγει γῇ ἐν πάσῃ
excindentur sunt duæ partes Dominus dicit terra in omni
sollen ausgerot werden sind zwey teil der Herr spricht Land in welchem

e יִגְוָעוּ וְהַשְּׁלִשִׁית יִוָּתֶר בָּהּ׃ וְהֵבֵאתִי אֶת
יִסּוֹפוּן וּתְלָתָא יִשְׁתְּאַר בַּהּ׃ וְאַעִיל יָת
καὶ διάξω ἐν αὐτῇ ὑπολειφθήσεται καὶ τὸ τρίτον ἐκλείψει
& traducam in illa super erit & tertia pars interibunt
und ich wil füren drinnen wird uberbleiben und das dritte teil werden untergehn

e הַשְּׁלִשִׁית בָּאֵשׁ וּצְרַפְתִּים כִּצְרֹף אֶת הַכֶּסֶף
תְּלָתָא בְּאֶשָּׁא וְאֶצְרוֹפִינוּן כְּמָא דְּצָרְפִין יָת כַּסְפָּא
τὸ ἀργύριον ὡς πυροῦται καὶ πυρώσω αὐτοὺς διὰ πυρός τὸ τρίτον
argentum uelut purgatur & purgabo eos per ignem tertiam partem
das silber wie man leutert und wil sie leutern durchs fewr das dritte teil

ובחנתים

e וּבְחַנְתִּים כִּבְחֹן אֶת הַזָּהָב הוּא יִקְרָא

יְצַלֵּי	הוּא	דְהַב	יַת	כְּמָא דְבָחֲרִין	וְאֶבְחֲרִינוּן
ἐπικαλέσεται	αὐτὸς	χρυσίον	τὸ	ὡς δοκιμάζεται	καὶ δοκιμῶ αὐτοὺς
inuocabunt	*hi*	*aurum*		*ceu probatur*	*& probabo illos*
werden anruffen	diese	Gold		wie man feget	vnd wil sie fegen

e בִּשְׁמִי וַאֲנִי אֶעֱנֶה אֹתוֹ אָמַרְתִּי עַמִּי

עַמִּי	אֲמָרִית	צְלוֹתְהוֹן	אֲקַבֵּיל	וַאֲנָא	בִּשְׁמִי
λαός μου	καὶ ἐρῶ	αὐτῷ	ἐπακούσομαι	κἀγὼ	ὄνομά μου
populus meus	*dicam*	*illos*	*exaudiam*	*& ego*	*nomen meum*
mein Volck	ich werde sagen	sie	wil erhören	vnd ich	meinen namen

e הוּא וְהוּא יֹאמַר יְהוָה אֱלֹהָי ׃

אֱלָהִי ׃	ייי	יֵימַר	וְהוּא	הוּא
θεός μου.	κύριος	ἐρεῖ	καὶ αὐτὸς	οὗτος
Deus meus.	Dominus	*dicet*	*& ipse*	*hic*
mein Gott.	Herr	werden sagen	vnd sie	Es ist

CAPVT decimumtertium habet tres locos insignes. Primus fontem apertum aduersus peccatum, id est, baptismum in remissionem peccatorum, promittit. Secundus comminatur idolatris pœnas: easque describit. Tertius est de passione Christi, & fuga discipulorum: adeoque de paucitate, cruce, inuocatione Christianorum.

I. PRIMVS LOCVS nouæ Ierosolymæ per Christum condendæ uerbo Dei: spiritum sanctum & baptismum promittit: loco corporalium lauationum testamenti ueteris.

בְּיוֹם הַהוּא יִהְיֶה מָקוֹר נִפְתָּח לְבֵית דָּוִד לְיֹשְׁבֵי יְרוּשָׁלִָם לְחַטָּאת וּלְנִדָּה ׃

Tempus noui testamenti uult intelligi per יום ההוא per autem מקור Spiritum sanctum: quia spiritus animæ sitim, iræ Dei ex legis sensu contractam, non aliter fide promissionum explet: quàm aquula uiua sitim corporis extinguit. Horsum illud, Io. 7. qui credit mihi, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Quia porrò spiritus per baptismum infunditur: per fontem etiam uult baptismum significari. Quem ideo uocat נפתח quia sicut Ioel 3. promittitur baptismus omnibus mortalibus, ita præcipitur etiam omnibus, Matth. 28. Alludit nimirum ad uas æneum, Exod: 30. quod non omnibus apertum erat, sed intra tabernaculum & altare positum: sacerdotum duntaxat pedibus & manibus lauandis apertum erat. בית דוד Ecclesia catholica, id est, omnes promissionibus de Christo factis regno Dauidis & Ierosolymæ credentes. לחטאת præpositio ל fontis & utilitatem & usum monstrat. Quid autem ולנדה? Peccatum originale damnans etiam illos qui non peccarunt Ro. 5. Post actuale peccatum natura posterius originali, peccatum natura prius ideo ponit, ut significet: in mundatis per lauacrum regenerationis, peccatum originale ita manere, ut nisi per fidem promissionis & spiritum precum, indies abluatur: sit lapsos condem-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0146-2

condemnaturum. Teſtes Epiſtolæ Paulinæ. Lotiones Vult ergo corporales teſtamenti ueteris abrogare: & inſtituere noui teſtamenti lotiones ſpirituales, id eſt, promittere ſpiritum ſanctum & baptiſmum: in remiſsionem peccatorum & uitam æternam credentium omnium. Horſum illud Chriſti, Sermonem capitis prioris confirmans: Qui crediderit & baptiſatus fuerit, ſaluus erit.

II. SECVNDVS LOCVS Pſeudoprophetis comminatur, & memoriam idolatrarum in terris abolitum iri uaticinatur: quomodocꝫ iudicabuntur ac diſpungentur exponit: eoſdem quidem omnes cum ſuis ueſtibus & uiſionibus confuſum iri, ſed nonnullos tamen pænitentiam acturos & ueritatem confeſſuros.

והיה ביום ההוא נאם יהוה צבאות אכרית את שמות העצבים מן הארץ
ולא יזכרו עוד וגם את הנביאים ואת רוח הטמאה אעביר מן הארץ :

Prædicit Deus: minitans Pſeudoprophetis omnibus in nouo teſtamento futuris, ſe per baptiſatorum & ſpiritu ſancto præditorum doctrinam de pænitentia & remiſsione peccatorum: ſic omnem idolatriam & falſam doctrinam Pſeudoprophetarum & Antichriſtorum omnium deſtructurum: ut uel ad nomen ipſorum homines cohorreſcant atcꝫ contremiſcant: & in uno nomine ſolius IESV CHRISTI, iuſticiam & ſalutem quærant: iuxta doctrinam Petri. Act. 5. Vnum eſt nomen Ieſu, in quo oportet nos ſaluos fieri: & Pauli 1. Ti. 2 Vnus eſt Mediator Dei & hominum homo IESVS:

שמות העצבים ut per עצבים intelligit ſimulachra (ex deſiderio mortuorum ut picti uiuere cernerentur) id eſt, fictos cultus extra Chriſtum, & ſine uerbo cultus alienorum Deorum: ita per שמות uarietatem cultuum ſeu Deorum alienorum ſignificat. Sicut enim artifices faciunt idola uaria, ſic Antichriſti fingunt cordibus ſuis & oribus ſuis, euomunt uarios cultus: quibus ab unico ſaluatore Chriſto ſimplices animas ſeducunt. הנביאים Pſeudoprophetas putat: ſic enim ab Ethnicis quocꝫ idolorum ſacerdotes adpellantur. רוח הטמאה figuratè Pſeudoprophetas: quia per ipſos Spiritus immundus loquitur immunda .i. quæ ſunt contra Chriſtum & Spiritum ſanctum. Exempla Phariſæi & Sadducei: non tantum in oculis pictorum idolorum, quantum in cordibus impiarum opinionum, & in oribus falſarum doctrinarum habentes. אעביר מן הארץ Reddam adeo contemtos Euangelio: ut non ſolum amplius non colatur quod contemnitur: ſed ad contemtus mentionem homines ita cohorreſcant, ut contemtum quocꝫ è medio ſublatum expetant. Alludit nimirum ad ſeparationem leuiticam immundorum ueteris teſtamenti, quæ reiectionem ſpirituum immundorum in nouo teſtamento ſignificat.

והיה כי ינבא איש עוד ואמרו אליו אביו ואמו ילדיו לא תחיה כי שקר
דברת בשם יהוה ודקרהו אביהו ואמו ילדיו בהנבאו

Docet: tantum zelum in nouo teſtamento futurum doctrinæ puræ conſeruandæ ac defendendæ: ut parentes omnis ordinis ſubditos errantes, ideo ſeueriter correpturi ſint, incꝫ uiam reducere conaturi: ut ſi reſipiſcere nolint, pertinaceſcꝫ manſerint: damnaturi ſint illos tam immiſericorditer iuxta ſcripturam, ut ne patres quidem filijs, nec matres filiabus erroris ueniam daturi ſint:

tantum abeſt,ut Domini pij ſeruos hæreticos,præceptores Chriſtiani diſcipulos Athæos, diuinus magiſtratus,tabulæ primæ transgreſſores:laturi ſint. אביו ואמו יגבא עוד Id eſt,ſuopte capite,ſine uerbo Dei ſpirituq; loquatur. Vaticinatur in nouo teſtamento:iudicium de doctrina non tantum apud ſacerdotes ut in ueteri : ſed apud omnes ordines credentes futurum, 1. Cor. 14. Significant hæc nomina,parentes animorum & corporum. ואמרו Pſeudoprophetis & Antichriſtis iuxta legem huius & futuræ lucis priuationem minitabuntur:ni reſipiſcant. ודקרהו comminationem exequentur:ut poſt unam & alteram monitionem deuitent hæreticum.

והיה ביום ההוא יבשו הנביאים איש מחזינו בהנבאתו ולא ילבשו אדרת שער למען כחש:ואמר לא נביא אנכי איש עבד אדמה אנכי כיאדם הקנני מנעורי :

Prædicit,in nouo teſtamento,non modo ritum ueteris teſtamenti Prophetalem ceſſaturum,adeoq; nulli uiſioni aut ueſti contra uerbum Dei locum futurum:imò quicquid non fit ex fide peccatum futurum. Sed etiam Pſeudoprophetas reſipiſcentes ac ſaluandos : errorem animaduerſum ante confeſſuros & recantaturos:quàm in errore perſtare & interire uelint perpetuò. Aut recantent aut coerceantur: iuxta ſcripturas.

חזון Somnium humanum expers uerbi Dei יבשו ſtultitia eorum nota fiet omnibus hominibus: ut 2. Tim.2. Paulus de Ianne & Iambro dixit.

אדרת שער Idem hic intelligunt,quod Eſa.20. per ſaccum : nempe,ueſtem horridulam & ſordidam : ſiquidem Pſeudoprophetæ cum ſermone tum habitu ueros Prophetas imitabantur : quo facilius imponerent perſonam non uerbum reſpicientibus. Cui uidelicet impoſturæ non erit locus in nouo teſtamento : quia non reſpicietur quali ueſte ſit Propheta,ſed an ueritatis ſermonem ritè ſecet:quod Paulus requirit in doctore noui teſtamenti. לא נביא fateor me non eſſe legitimè uocatum ad docendum iuxta mandatum 1. Cor:14. איש עבד אדמה Fateor me non eſſe tam potentem ſcripturæ, quàm conuenit eſſe doctorem 1. Tit.3. Quare Prophetæ opponit agricolam : Syracides ait : eum qui ſcripturas legere, docereq; uelit : rus colere non poſſe. מנעורי Significat ſeruitutem ac proprietatem hominis ijs artibus difficulter incumbere poſſe: quæ conferunt ad ſcripturas ritè tractandas.

ואמר אליו מה המכות האלה בין ידיך ואמר אשר הכיתי בית מאהבי

Prædicit :eos qui liberati ſunt ab hæreſi per correptionem ſcripturæ doctorum,reſipiſcuntq;:modeſtiſsimos futuros:& non ſolum cum Dauide cantaturos Pſal.119. Bonum mihi quòd humiliaſti me: uerum etiam eos à quibus correpti ſunt uelut amicos diſſuauiaturos, Deoq; gratias acturos, quòd à correptoribus quaſi parentibus regenerati ſunt ad uitam æternam: quam falſo credendo, loquendoq; amiſerant. המכות ſunt correptiones Pſeudoprophetis ob errores illatæ. מאהבי ſicut Deus quem diligit corripit:ita doctor quem cupit ſaluum obiurgat. הכיתי Confiteor me reprehenſum ab ijs ad ſalutem, qui ſcripturas norunt : inq; hoc doctrinam ſanam defenderunt : ut errantes in uiam reducant & Chriſto lucrifaciant.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0148-3

III. LOCVS TERTIVS est Prophetia de Passione Christi:& de scandalo,& fuga discipulorum Christi: & de paucitate, cruce, inuocatione, Christianorum.

חרב עורי על רעי ועל גבר עמיתי נאם יהוה צבאות ׃

Diuinam maiestatem Christum hominem, ad uictimam pro mundi peccatis mactandam destinare ita, ut Christus eatenus sit potens uerbis & factis, quasi Deus omnipotens futurus: donec à Deo relictus paululum, in manum gladij, id est, Pilati tradatur, quasiq; malefactor pessimus occidatur. Huius consilij diuini testis est Petrus dicens, Act: 2. Iesus Nazarenus uir exhibitus à Deo erga uos: Prodigijs & signis quæ Deus fecit inter uos: Destinato consilio & præscientia Dei traditum per manus impiorum accepistis, & crucifixum interfecistis. רעי Christus pascens animas uerbo Dei. איש עמיתי sic dictus: quia non solum uerus homo, sed etiam uerus Deus: ut Ioan. 1. est in sinu patris. חרב κατὰ τὴν μετωνυμίαν potestas secularis: gestans ideo gladium, ut malefactores puniat, Ro: 13. עורי significat: Christum passioni destinatum, nempe, præsciri & permitti à Deo: ut Christus secundum scripturas uictima pro mundi peccatis fiat: occisus à potestate seculari. Quam tunc Pilatus habebat in Iudæa: referente Christo, Io. 19. non haberes potestatem super me, nisi datum esset tibi desuper: Haud dubiè respiciens in hoc uerbum & consilium Dei.

הך את הרעה ותפוצין הצאן

Percuti pastorem, est: Christum propter doctrinam captum & occisum iri. Oues dispergi, est: discipulos offensos passione Christi fugere: quod completum est, dum Christus etiam diceret ad illos, Matth: 26. uos omnes offendemini in me hac nocte, sicut est scriptum, Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Et Matthæus Christi testis eod: cap: dicit: omnes Christo relicto fugerunt.

והשבתי ידי על הצערים ׃

הצערים adpellat discipulos: offensos quidem Christi passione fugientesq;: attamen Christum amantes corde manere, quàm fugere malentes. והשבתי prædicit ac promittit: quod fecit, nimirum in passione sua meticulosos & fugitiuos respexit, solatusq; est ne desperarent et interirent: sed potius agerent pænitentiam, & credentes saluarentur. Horsum exemplum Petri Luc. 22. Pro quo negante Christus non solum orauit, ne deficeret eius fides, sed etiam in fuga, negationeq; respexit eum tam misericorditer, ut fleret amarè pænitentiamq; ageret.

והיה בכל הארץ נאם יהוה פי שנים בה יכרתו יגועו והשלשית יותר בה ׃ והבאתי את השלשית באש וצרפתים כצרף את הכסף ובחנתים כבחון את הזהב

Non solum prædicere uult: semper dum Christi crux prædicatur: duas mundi partes, uel per tyrannos uel per hæreticos ab alienantes, defecturas à Christo perituras q; æternum: tertiam uero partem. i. paruulum credentium numerum, dolis ac uiribus nullis ab Euangelio diuelli posse. Hunc locum explicat parabola de semine Lu: 8. sed etiam uaticinatur Christianos paterno Dei consilio instar Christi, uel ideo crucem laturos ne cum mundo damnentur, 1. Cor. 11. Matth. 10. qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus.

פי שנים qui uel ab tyrannis uel à hæreticis moti deficiunt à Christo pe-

reuntq; שלשיתי oues Christi, Io. 10. nemo rapiet eas. באש doctrina probatur & purificatur cruce ut purior fiat: sicut 1. Pet: 1. hunc locum explicat. יברתו excindi temporaliter affligi propter Christum occisum, Da: 9. יגועו perpetuo affligi, ut Matth: 26. de Iuda, Ve homini per quem, &c.

הוא יקרא בשמי ואני אענה אתו אמרתי עמי הוא והוא יאמר יהוה אלהי

Depingit uerum Dei cultum in nomine Christi factum ab Ecclesia secundum uerbum Dei: nempe inuocationem nominis Dei: promittitq; inuocantibus salutem æternam; more Ioelis dicentis. Omnis qui inuocauerit nomen Domini saluus erit.

CAPVT XIIII.

הִנֵּה יוֹם בָּא לַיהוָה וְחֻלַּק שְׁלָלֵךְ בְּקִרְבֵּךְ׃

בְּגַוִּיךְ׃	עֲדָיָא	יְחוּלַּק	מִן קֳדָם יְיָ	בַּעֲתִיד	יוֹמָא	הָא
ἐν μέσῳ σου.	σκῦλά σου	καὶ διαμερισθήσεται	κυρίῳ	ἔρχεται	ἡμέρα	ἰδοὺ
in medio tui.	*spolia tua*	*qua diuidentur*	Domino	*uenit*	*dies*	Ecce
in dir.	deinen raub	das man austeilen wird	dem Herrn	kömpt	die zeit	Sihe

וְאָסַפְתִּי אֶת כָּל הַגּוֹיִם אֶל יְרוּשָׁלִַם

ירושלם ——	לְ	עַמְמַיָּא	כָּל	יַת	וְאַכְנִישׁ
Ἱερουσαλὴμ	ἐπὶ	ἔθνη	πάντα		καὶ ἐπισυνάξω
Ierusalem	*contra*	*gentes*	*omnes*		*nam colligam*
Jerusalem	wider	Heiden	alle		denn ich wil versamlen

לַמִּלְחָמָה וְנִלְכְּדָה הָעִיר וְנָשַׁסּוּ הַבָּתִּים

בָּתַּיָּא	וְיִתְבַּזְּזוּן	קַרְתָּא	וְתִתְכְּבִישׁ	קְרָבָא
οἰκίαι	καὶ διαρπαγήσονται	πόλις	καὶ ἁλώσεται	εἰς πόλεμον
ædes	*& diripientur*	*ciuitas*	*& capietur*	*ad bellandum*
die Heuser	vnd geplündert werden	die Stad	vnd wird genomen werden	zu streiten

וְהַנָּשִׁים תִּשָּׁגַלְנָה וְיָצָא חֲצִי הָעִיר בַּגּוֹלָה

בְּגָלוּתָא	דְקַרְתָּא	פַּלְגָא	וְנָפִיק	יִשְׁתַּכְבָן	וּנְשַׁיָּא
ἐν αἰχμαλωσίᾳ	πόλεως	τὸ ἥμισυ	καὶ ἐξελεύσεται	μολυνθήσονται	καὶ γυναῖκες
captiua	*ciuitatis*	*dimidium*	*& abigetur*	*stuprabuntur*	*& mulieres*
gefangen	der Stad	die helffte	vnd wird weggefürt	sollen geschend werden	vnd die weiber

וְיֶתֶר הָעָם לֹא יִכָּרֵת מִן הָעִיר׃ וְיָצָא יְהוָה

יְיָ	וְיִתְגְּלֵי	קַרְתָּא׃	מִן	יִפְסוֹק	לָא	עַמָּא	וּשְׁאָר
κύριος	καὶ ἐξελεύσεται	τῆς πόλεως	ἐκ	ἐξολοθρευθῶσιν	οὐ μὴ	λαοῦ	καὶ κατάλοιποι
Dominus	*& egredietur*	*ciuitate*	*è*	*exigetur*	*non*	*populi*	*ac superstites*
der Herr	vnd wird ausziehen	der Stad	aus	wird getrieben werden	nicht	volck	vnd das vbrige

וְנִלְחַם בַּגּוֹיִם הָהֵם כְּיוֹם הִלָּחֲמוֹ בְּיוֹם קְרָב

בְּיוֹם	קְרָבָא	כְּיוֹם	הָאִינוּן	בְּעַמְמַיָּא	וְיַגִּיחַ קְרָבָא
ἐν ἡμέρᾳ	παρατάξεως αὐτοῦ	καθὼς ἡμέρα	ἐκείνοις	ἐν ἔθνεσιν	καὶ παρατάξεται
in die	*pugnare assolet*	*ceu quando*	*illas*	*contra gentes*	*& dimicabit*
zur zeit	er streitet	gleich wie wenn	dieselben	wider Heiden	vnd wird streitten

קרב

קרב : ועמדו רגליו ביום ההוא
קרב : ויקומון רגליה בעידנא ההיא
πολέμου. καὶ στήσονται πόδες αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ ἐκείνῃ
belli. Et stabunt pedes eius in die illa
des streits und werden stehen seine füsse am tage selben

על הר הזיתים אשר על פני ירושלם
על טור זיתיא ד——על אפי ירושלם
ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν τὸ κατέναντι Ἱερουσαλήμ
in monte oliuarum qui est in prospectu Hierusalem
auffm berge der ölebewme der ligt für Jerusalem

מקדם ונבקע הר הזיתים מחציו מ
ממדינחא ויתבזע טורא זיתיא מפלגיה
ἐξ ἀνατολῶν καὶ σχισθήσεται ὄρος ἐλαιῶν τὸ ἥμισυ αὐτοῦ
ad Orientem ac diffindetur mons oliuarum medius
gegen morgen und wird sich spalten der öle——berge mitten entzwey

(* מזרחה וימה גיא גדולה מאד ומש
למדינחא ולמערבא חילא רבא לחדא ויתלש
πρὸς ἀνατολὰς καὶ πρὸς θάλασσαν χάος μέγα λίαν καὶ κλινεῖ
ab ortu ad occasum spacio ingenti uehementer & uerget
vom auffgang bis zum nidergang raum mit grossem sehr und wird sich geben

(* חצי ההר צפונה וחציו נגבה : ונסתם
פלגיה דטורא לציפונא ופלגותי לדרומא : ויסתתים
τὸ ἥμισυ τοῦ ὄρους πρὸς βορρᾶν καὶ ἥμισυ αὐτοῦ πρὸς νότον. καὶ ἐμφραχθήσεται
dimidium montis ad septentrionem & dimidium eius ad austrum. Et fugietis
das halb teil des bergs gegen mitternacht und die ander helfft gegen Mittag. Und ir werd fliehen

(* גיא הרי כי יגיע גיא הרים
חילא דטוריא ארי ימטי חילא דטוריא
ἡ κοιλὰς ὀρέων μου ὅτι ἐγκολληθήσεται φάραγξ ὀρέων
uallem montium meorum nam pertinget uallis inter montes
für dem tal meiner berge denn wird reichen der tal zwischen bergen

(* אל אצל ונסתם כאשר נסתם מפני
ל——אצל ותתערקון כמא דערקתון מן קדם
ἕως ἀσαὴλ καὶ ἐμφραχθήσεται ὃν τρόπον ἐνεφράγη ἀπὸ προσώπου
ad azal & fugietis ceu fugeratis præ
bis an azal und werd fliehen wie ir flohet für

(* הרעש בימי עזיה מלך יהודה ובא
זיעא ביומי עזיה מלכא דבית יהודה ויתגלי
σεισμοῦ ἐν ἡμέραις Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα καὶ παρέσται
terremotu in diebus Vsiæ regis Iuda & ueniet
dem erdbeben zur zeit Vsie des Königs Juda und wird komen

יְהוָה אֱלֹהַי כָּל קְדֹשִׁים עִמָּךְ׃ וְהָיָה

יְיָ	אֱלָהִי	כָּל	קַדִּישׁוֹהִי	עִמֵּיהּ׃	וִיהֵי
κύριος	θεός μου	πάντες	ἅγιοι	μετ' αὐτοῦ	καὶ ἔσται
Dominus	Deus meus	omnes	sancti	cum illo.	Et cum
der Herr	mein Gott	alle	Heiligen	mit jm.	Vnd wird gescheen

בַּיּוֹם הַהוּא לֹא יִהְיֶה אוֹר יְקָרוֹת י

בְּעִידָנָא	הַהִיא	לָא	יְהֵי	נְהוֹרָא	וְקוֹרָא
ἐν ἡμέρᾳ	ἐκείνῃ	οὐκ	ἔσται	φῶς	ἀλλὰ ῥῖγος
in die	illa	non	erit	lux	sed frigus
am tage	selben	nicht	wird sein	liecht	sondern frost

וְקִפָּאוֹן׃ וְהָיָה יוֹם אֶחָד הוּא יִוָּדַע ל

וּקְפִיתָא׃	וִיהֵי	יוֹמָא	חַד	הוּא	יְדִיעַ
καὶ πάγος	καὶ ἔσται	ἡμέρα	μία	αὐτη	γνωσθήσεται
ac gelu.	Eritq;	dies	una	ipsa	cognita
vnd kelt	Vnd wird sein	tag	ein	der	bekand wird sein

לַיהוָה לֹא יוֹם וְלֹא לָיְלָה וְהָיָה לְעֵת

קֳדָם יְיָ	לָא	יוֹמָא	וְלָא	לֵילְיָ	וִיהֵי	לְעִידָן
κυρίῳ	οὐχ	ἡμέρα	καὶ οὐ	ἡ νύξ	καὶ ἔσται	πρὸς
Domino	nec	dies	neq;	nox	enimuero	sub
dem Herrn	weder	tag	noch	nacht	vnd wird gescheen	vmb

עֶרֶב יִהְיֶה אוֹר׃ וְהָיָה בַּיּוֹם הַהוּא

רַמְשָׁא	יְהֵי	נְהוֹרָא׃	וִיהֵי	בְּעִידָנָא	הַהִיא
ἑσπέραν	ἦν	φῶς.	καὶ ἔσται	ἐν ἡμέρᾳ	ἐκείνῃ
uesperam	erit	lux.	Et erit	in die	illa
den abend	wirds sein	liecht.	vnd sol gescheen	am tag	selben

יֵצְאוּ מַיִם חַיִּים מִירוּשָׁלַםִ חֶצְיָם אֶל

יִפְקוּן	מֵי	מַבּוּעַ	מִירוּשְׁלֵם	פַּלְגְּהוֹן	לְ—
ἐξελεύσεται	ὕδωρ	ζῶν	ἐξ Ἱερουσαλήμ	τὸ ἥμισυ αὐτῶν	εἰς
emanabunt	aquæ	uiuæ	de Hierusalem	dimidium eorum	ad
werden fliessen	wasser	frische	aus Hierusalem	die helffte	gegen

הַיָּם הַקַּדְמוֹנִי וְחֶצְיָם אֶל הַיָּם הָאַחֲרוֹן

יַמָּא	מַדִּינְחָא	וּפַלְגְּהוֹן	לְ—	יַמָּא	לְאַחוֹרָא
θάλασσαν	τὴν ἀνατολὴν	καὶ ἥμισυ αὐτῶν	εἰς	θάλασσαν	τὴν ἐσχάτην
mare	Orientale	& dimidium earum	ad	mare	nouissimum
das Meer	gegen morgen	vnd die helffte	gegen	Meer	das letzte

בַּקַּיִץ וּבַחֹרֶף יִהְיֶה׃ וְהָיָה יְהוָה ל

בְּקַיְטָא	וּבְסִיתְוָא	יְהֵי׃	וְיִתְגְּלֵי	יְיָ
ἐν θέρει	καὶ ἐν ἔαρι	ἔσται	καὶ ἔσται	κύριος
per æstatem	perq; hiemem	durabunt.	Eritq;	Dominus
des Sommers	vnd des Winters	wirds wehren.	vnd wird sein	der Herre

לְמֶלֶךְ

לְמֶלֶךְ	עַל	כָּל	הָאָרֶץ	בַּיּוֹם	הַהוּא
לְמַלְכָּא	עַל	כָּל	אַרְעָא	בְּעִידָנָא	הַהִיא
βασιλεὺς	ἐπὶ	πᾶσαν	γῆν	ἐν ἡμέρᾳ	ἐκείνῃ
rex	super	omnem	terram	in die	illa
ein König	über	allen	Landen	am tage	selben

יִהְיֶה	יְהוָה	אֶחָד	וּשְׁמוֹ	אֶחָד ׃	יִסּוֹב
יְהֵי	יְיָ	חַד	וּשְׁמֵיהּ	חַד ׃	יִקַּפָא
ἔσται	κύριος	εἷς	καὶ ὄνομα αὐτοῦ	ἕν.	κυκλῶν
erit	Dominus	unus	& nomen eius	unum.	Redigetur circulatim
wird sein	der Herr	nur einer	und sein name	einer.	Man wird umbgehen

כָּל	הָאָרֶץ	כַּעֲרָבָה	מִגֶּבַע	לְרִמּוֹן	נֶגֶב
כָּל	אַרְעָא	כְּמֵישְׁרָא	מִגֶּבַע	לְרִמּוֹן	דָּרוֹם
πᾶσαν	γῆν	ὡς πεδίον	ἀπὸ Γιβεὰ	ἕως Ῥεμμὼν	κατὰ νότον
uniuersa	terra	uelut in locum campestrem	à Gibea	ad Rimon	uersus austrum
im gantzen	Land	wie auff eim Gefild	von Gibea	nach Rhimon	gegen Mittag

יְרוּשָׁלַם	וְרָאֲמָה	וְיָשְׁבָה	תַחְתֶּיהָ	לְמִשַּׁעַר
יְרוּשְׁלֵם	וְתִתְרְבֵי	וְתִיתַּב	בְּאַתְרַהּ	לְמִתְּרַע
Ἱερουσαλὴμ	καὶ ὑψωθήσεται	καὶ κατοικηθήσεται	ἐν τόπῳ αὐτῆς	ἀπὸ τῆς πύλης
ad Hierusalem	& eminebit	& incoletur	in loco suo	à porta
zu Jerusalem	und sie wird erhöhet werden	und wird bewonet werden	an jrem ort	vom thor

בִּנְיָמִן	עַד	מְקוֹם	שַׁעַר	הָרִאשׁוֹן	עַד
בִּנְיָמִין	עַד	אֲתַר	תְּרַע	קַדְמָאָה	עַד
Βενιαμὶν	ἕως	τόπου	πύλης	τῆς πρώτης	ἐπὶ
Beniamin	ad	locum	portæ	prioris	ad
BenJamin	bis an	ort	thors	des ersten	bis an

שַׁעַר	הַפִּנִּים	וּמִגְדַּל	חֲנַנְאֵל	עַד	יִקְבֵי
תְּרַע	זָוִיתָא	וּמִגְדַּל	פִּקּוּס	עַד	שִׁיחֵי
πύλης	γωνιῶν	καὶ πύργου	Ἀναναὴλ	ἕως	ὑποληνίων
portam	angularem	& turri	Hananael	ad	torcularia
thor	eck	und vom thurm	Hananael	bis an	die Kelter

הַמֶּלֶךְ ׃	וְיָשְׁבוּ	בָהּ	וְחֵרֶם	לֹא	יִהְיֶה
מַלְכָּא ׃	וְיִתְּבוּן	בַּהּ	וְקִטְלָא	לָא	יְהֵי
βασιλέως.	καὶ κατοικήσουσιν	ἐν αὐτῇ	καὶ ἀνάθεμα	οὐκ	ἔσται
regis	& incolent	eam	& anathema	non	erit
des Königs	und man wird wonen	drinnen	und ban	kein	wird sein

עוֹד	וְיָשְׁבָה	יְרוּשָׁלַם	לָבֶטַח ׃	וְזֹאת	תִּהְיֶה
עוֹד	וְתִיתַּב	יְרוּשְׁלֵם	לְרֻחְצָן ׃	וְדָא	תְּהֵי
ἔτι	καὶ κατοικήσει	Ἱερουσαλὴμ	πεποιθότως.	καὶ αὕτη	ἔσται
amplius	& incoletur	Hierusalem	confidenter.	ast hæc	erit
mehr	und wird wonen	Jerusalem	sicher.	aber das	wird sein

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0153-1

המגפה אשר יגות יהוה את כל העמים

מחתא די מחי יוי ית כל עממיא

λαοὺς πάντας κύριος κόψει ἣν ἡ πτῶσις

gentes cunctas Dominus adficiet qua plaga

Völcker alle der Herr wird plagen damit die plage

אשר צבאו על ירושלם המק בשרו

די ——מתכנשין על ירושלם יתמסי ביסריה

σάρκες αὐτῶν κήσονται Ἱερουσαλήμ ἐπὶ ἐπεστράτευσαν ὅσοι

caro illorum contabescet Hierusalem contra dimicarunt quæ

jr fleisch es wird verwesen Jerusalem wider gestritten haben die

והוא עמד על רגליו ועיניו תמקנה

והוא קאים על רגלוהי ועינוהי יתמסיין

ῥυήσονται καὶ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν πόδας αὐτῶν ἐπὶ ἑστηκότων καὶ αὐτῶν

contabescent & oculi eorum pedes suos super stantibus ipsis adhuc

werden verwesen vnd jre augen jren füssen auff stehen wenn sie noch

בחוריהן ולשונו תמק בפיהם : והיה

בגלגליהון ולישנהון יתמסי בפומהון : ויהי

καὶ ἔσται ἐν στόματι αὐτῶν. τακήσεται καὶ γλῶσσα αὐτῶν ἐν ὀπαῖς αὐτῶν

porro in ore suo. contabescat & lingua eorum in foraminibus suis

Vnd wird gescheen in jrem maul. verwese vnd jre zung jn jren löchern

ביום ההוא תהיה מהומת יהוה רבה

בעידנא ההיא יהי שיגוש קדם יוי סגי

μεγάλη κυρίου ἔκστασις ἔσται ἐκείνῃ ἐν ἡμέρᾳ

magnus Domini tumultus erit illa in die

ein gros vom Herrn ein getümel wird sein selben zur zeit

בהם והחזיקו איש יד רעהו ועלתה

בהון ויתקפון גבר ביד חבריה ותסליק

καὶ συμπλακήσεται πλησίον αὐτοῦ χειρὸς ἕκαστος καὶ ἐπιλήψεται ἐπ᾽ αὐτοὺς

& surgat proximi sui manum quilibet ut prehendat inter eos

vnd den andern bey der hand einer das greiffen wird vnter jn

ידו על רעהו : וגם יהודה תלחם

ידיה עם חבריה : ואת דבית יהודה יתגרון קרבא

παρατάξεται Ἰούδα καί γε πλησίον αὐτοῦ. πρὸς χεὶρ αὐτοῦ

decertabit Iuda Item proximum suum. contra manus eius

wird streitten Juda Auch seinen Nechsten. wider sein hand

בירושלם : ואסף חיל כל הגוים סביב

בירושלם : ויתכנשון חיל כל עממיא סחור סחור

κυκλόθεν ἐθνῶν πάντων τὴν ἰσχὺν καὶ συνάξει ἀντ᾽ Ἱερουσαλήμ.

circulatim gentium cunctarum opes Ac congregabuntur contra Hierusalem.

vmbher Heiden aller güter Also werden auffgerafft werden wider Jerusalem.

וזא

זָהָב וָכֶסֶף וּבְגָדִים לָרֹב מְאֹד ׃ וְכֵן

דַהֲבָא וְכַסְפָּא וּלְבוּשִׁין סַגִּי לַחֲדָא ׃ וְכֵן

χρυσίον καὶ ἀργύριον καὶ ἱματισμὸν εἰς πλῆθος σφόδρα. καὶ αὕτη

aurum & argentum ac uestes plures ualde. ac eadem

Gold vnd silber vnd kleider viel vber die masse. vnd solche

תִּהְיֶה מַגֵּפַת הַסּוּס הַפֶּרֶד הַגָּמָל וְהַחֲמוֹר

תְּהֵי מְחַת סוּסְיָא כּוּדְנַיָּא גַּמְלָא וַחֲמָרָא

ἔσται πτῶσις τῶν ἵππων τῶν ἡμιόνων καὶ καμήλων καὶ ὄνων

erit calamitas equorum Mulorum & camelorum & asinorum

wird gehen plage vber ros Meuller vnd Kameel vnd essel

וְכָל הַבְּהֵמָה אֲשֶׁר יִהְיֶה בַּמַּחֲנוֹת הָהֵמָּה

וְכָל בְּעִירָא ד———יְהֵי בְּמַשְׁרִיתָא הָאִינוּן

καὶ πάντων κτηνῶν τῶν ὄντων ἐν ταῖς παρεμβολαῖς ἐκείναις

cunctiq; pecoris quæ erit in castris illis

vnd allerley Vieh das wird sein im heer diesem

כַּמַּגֵּפָה הַזֹּאת ׃ וְהָיָה כָּל הַנּוֹתָר מִכָּל

כְּמַחָתָא הָדָא ׃ וִיהֵי כָּל דְיִשְׁתְּאַר מִכָּל

ὡς πτῶσις αὕτη. καὶ ἔσται ὅσοι ἐὰν καταλειφθῶσιν ἐκ πάντων

iuxta calamitatem hanc. Et accidet cuncti superstites è cunctis

wie plage ist diese Vnd wird gescheen alle vbrige aus allen

הַגּוֹיִם הַבָּאִים עַל יְרוּשָׁלִָם וְעָלוּ מִדֵּי

עַמְמַיָּא דְאָתַן עַל יְרוּשְׁלֵם וְיִסְקוּן בִּזְמַן

τῶν ἐθνῶν τῶν ἐλθόντων ἐπὶ Ἱερουσαλήμ καὶ ἀναβήσονται κατ᾽

gentibus quæ ueniunt contra Hierusalem & ascendent de

Heiden die zogen wider Hierusalem das sie erauff komen von

שָׁנָה בְשָׁנָה לְהִשְׁתַּחֲוֹת לְמֶלֶךְ יְהוָה

שְׁנָא בִּשְׁנָא לְמִסְגַּד קֳדָם מֶלֶךְ ייי

ἐνιαυτὸν κατ᾽ ἐνιαυτὸν προσκυνῆσαι τῷ βασιλεῖ κύριῳ

anno in annum adoratum regem Dominum

jar zu jare anzubeten den König den Herrn

צְבָאוֹת וְלָחֹג אֶת חַג הַסֻּכּוֹת ׃ וְהָיָה

צְבָאוֹת וּלְמֵיחַג יָת חַגָּא דִמְטַלַּיָּא ׃ וִיהֵי

σαβαώθ καὶ τοῦ ἑορτάσαι τὴν ἑορτὴν τῆς σκηνοπηγίας. καὶ ἔσται

exercituum adq; celebrandum Festum tabernaculorum. Et accidet

Zebaoth vnd zu feiern das Fest der Lauberhütten Vnd sol gescheen

אֲשֶׁר לֹא יַעֲלֶה מֵאֵת מִשְׁפְּחוֹת הָאָרֶץ

ד———לָא יִסַּק מִן זַרְעִית דְאַרְעָא

ὅσοι ἐὰν μὴ ἀναβῶσιν ἐκ φυλῶν τῆς γῆς

quisquis non ascenderit è familijs terræ

welcher nicht erauff kömpt von Geschlechten auff Erden

T אל

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0155-2

אל ירושלם להשתחות למלך יהוה
ל——ירושלם למסגיד קדם מלך ייי
εἰς ἱερουσαλὴμ τοῦ προσκυνῆσαι τῷ βασιλεῖ κυρίῳ
in Hierusalem adoratum regem Dominum
gen Jerusalem anzubetten den König den Herrn

צבאות ולא עליהם יהיה הגשם : ואם
צבאות ולא עליהון תהי מטרא ואם
Ζεβαώθ καὶ οὐκ ἐπ' αὐτοὺς ἔσται ὑετός. καὶ ἐὰν
exercituum neutiquam super eos erit himber. ac si
Zebaoth das nicht vber sie es wird regenen. vnd wo

משפחת מצרים לא תעלה ולא באה ולא
מלכוות מצרים לא תיסק ולא תיתי ולא
φυλὴ αἰγύπτου μὴ ἀναβῇ μηδὲ ἔλθῃ καὶ μὴ
familia Ægyptia haud ascenderit neq; aduentarit neq;
das geschlecht der Egypter nicht erauff zöge noch keme so nicht

עליהם תהיה המגפה אשר יגף יהוה
עליהון תהי מחתא ד——מחי ייי
ἐπὶ τούτους ἔσται ἡ πτῶσις ἣν πατάξει κύριος
super illos erit hæc calamitas qua adficiet Dominus
vber sie es wird das ist die plage damit plagen wird der HErr

את הגוים אשר לא יעלו לחג את
ית עממיא ד——לא יסקון למיחג ית
τὰ ἔθνα ὅσα ἂν μὴ ἀναβῇ τοῦ ἑορτάσαι τὴν
gentes quæ haud ascenderunt ad feriandum
die Heiden die nicht erauff kemen zuhalten das

חג הסכות : זאת תהיה חטאת מצרים
חגא דמטליא : דא תהי פורענות מצרים
ἑορτὴν σκηνοπηγίας. ταύτη ἔσται ἡ ἁμαρτία τοῦ αἰγύπτου
festum tabernaculorum. hoc erit peccatum Ægypti
Fest der Lauberhütten. dis wird sein die sünd der Egypter

וחטאת כל הגוים אשר לא יעלו לחג
ופורענות כל עממיא ד——לא יסקון למיחג
καὶ ἁμαρτία πάντων τῶν ἐθνῶν ὅσα ἂν οὐ μὴ ἀναβῇ τοῦ ἑορτάσαι
& peccatum omnium gentium quæ non ascendent ad celebrandum
vnd die Sünd aller Heiden die nicht sind erauff zogen zu feiern

את חג הסכות : ביום ההוא יהיה על
ית חגא דמטליא : ביומא ההוא יהי ב——
τὴν ἑορτὴν σκηνοπηγίας. ἐν ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται τὸ
Festum tabernaculorum. In die illa erunt
das Fest der Lauberhütten. am tage selben werden sein die

מצלות

e מְצִלּוֹת הַסּוּס קֹדֶשׁ לַיהֹוָה׃ וְהָיָה הַסִּירוֹת

בְּרוּבַת	סוּסַיָּא	קוּדְשָׁא	קֳדָם יְיָ׃	וִיהוֹן	דוּדַיָּא
ἐπικαλινὸν	τοῦ ἵππου	ἅγιον	κυρίῳ.	καὶ ἔσονται	οἱ λέβητες
ephippia	equorum	sacra	Domino.	eruntq;	lebetes
rüstunge	der rosse	heilig	dem Herrn.	vnd werden sein	die tiegel

e בְּבֵית יְהֹוָה כַּמִּזְרָקִים לִפְנֵי הַמִּזְבֵּחַ׃

בְּבֵית מַקְדְּשָׁא	דַּיְיָ	כְּמִזְרְקַיָּא	קֳדָם	מַדְבְּחָא׃
ἐν τῷ οἴκῳ	κυρίου	ὡς φιάλαι	πρὸ προσώπου	τοῦ θυσιαστηρίου.
in æde	Domini	quasi phialæ	coram	altari.
im Haus	des HErrn	wie die becken	für	dem altar

*) וְהָיָה כָּל סִיר בִּירוּשָׁלַםִ וּבִיהוּדָה קֹדֶשׁ

וִיהֵי	כָּל	דּוּד	בִּירוּשְׁלֵם	וּבִיהוּדָה	קוּדְשָׁא
καὶ ἔσται	πᾶς	λέβης	ἐν Ἱερουσαλὴμ	καὶ ἐν Ἰούδα	ἅγιον
Et erit	omnis	lebes	in Hierusalem	inq; Iuda	sacer
vnd werden sein	alle	tiegel	zu Jerusalem	vnd in Juda	heilig

*) לַיהֹוָה צְבָאוֹת וּבָאוּ כָּל הַזֹּבְחִים ו

קֳדָם יְיָ	צְבָאוֹת	וְיֵיתוֹן	כָּל	דָּבְחִין
κυρίῳ	ζεβαὼθ	καὶ ἥξουσι	πάντες	θυσιάζοντες
Domino	exercituum	Et uenient	cuncti	sacrificaturi
dem Herrn	Zebaoth	vnd werden komen	alle	die opffern wollen

e וְלָקְחוּ מֵהֶם וּבִשְּׁלוּ בָהֶם׃ וְלֹא יִהְיֶה

וְיִסְּבוּן	מִנְּהוֹן	וִיבַשְּׁלוּן	בְּהוֹן׃	לָא	יְהֵי
καὶ λήψονται	ἐξ αὐτῶν	καὶ ἑψήσουσιν	ἐν αὐτοῖς.	καὶ οὐ μὴ	ἔσται
& sument	de illis	& coquent	in illis.	Neq;	erit
vnd werden nemen	dieselbigen	vnd werden kochen	drinnen.	vnd nicht	wird sein

e כְּנַעֲנִי עוֹד בְּבֵית יְהֹוָה צְבָאוֹת בַּיּוֹם
הַהוּא׃

כְּנַעֲנָאָה	עוֹד	בְּבֵית מַקְדְּשָׁא	דַּיְיָ	צְבָאוֹת	בְּעִדָּנָא	הַהִיא׃
ὁ Χαναναῖος	ἔτι	ἐν τῷ οἴκῳ	κυρίου	παντοκράτορος	ἐν ἡμέρᾳ	ἐκείνῃ.
Cananeus	amplius	in æde	Domini	exercituum	in die	illa.
ein Cananiter	mehr	im Haus	des Herrn	Zebaoth	zur zeit	selben.

CAPVT ultimum, deuastationem Ierosolymæ, per Romanos comminatur: propter Christum occisum. Et Christum resurgentem in orbe terrarum uniuerso prædicatum iri, uaticinatur. Nos caput in quinq; locos diuidamus.

I. PRIMVS LOCVS Ierosolymæ uastationem minatur: propter Christum occisum: adeoque per quem & quomodo uastanda sit, describit.

הנה יום בא ליהוה :

Exordium à comminatione uaticinante: eo tempore, quod Dan. 9. prædictum: propter Dominum Iesum occisum: Ierosolymam obsessum, captum, expoliatum iri. יום בא ליהוה est: Deum Christi mortem ulcisci uastatione Solyma. וחלק שללך בקרבך generaliter uolens depingere uastationem docet: hostes adeo securos, deque uictoria certos futuros, ut capta Ierosolymæ prædam non in agro nemoreue, sed in urbis medio partiantur triumphaliter.

ואספתי את כל הגוים אל ירושלם מלחמה

Prædicitur obsidio Solyma facta per Titum Vespasianum ita: ut eam Christus expingit, Luc. 19. כל גוים est Romanus exercitus cunctis è gentibus imperio Romano, tum orbis Domino subiectis conscriptus: ונלכדה העיר captiuitas uastatioque Solyma propter Christum occisum adeo crudelis & immanis describitur: ut legens Iosephum de excidio Solymo flere posit: instar Christi Ierosolymam aspectantis & flentis, præsertim, si uastatio Solyma duratura sit æternum: teste Daniele nono dicente. Post Hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus: nec erit populus eius qui negaturus est eum: ciuitatem autem & sanctuarium populus ducis uenturi dissipabit: & finis erit uastitas, & post finem belli statuta erit desolatio.

Precor autem uos urbes superbas & Christi persecutrices in orbe terrarum uniuerso: quid formidolosius, quàm uidere ciuitatem à militibus capi truculentis? quid horribilius quàm ædes uidere diripi cogique admoto ense iugulo fateri ubi sit thesaurus? quid tetrius quàm oculis cernere dilectas coniuges et filias innuptas feralem in morem à militibus trucibus constuprari uiolarique ad necem usque? quid immanius quàm spectare infantes à militibus fame pene enectis in conspectu parentum dissecari, coqui, uorari, nedum matres ipsasmet liberos præ fame comedere? quid miserabilius quàm captorum Iudæorum triginta uænire numulo uno? Dispergique abactos Iudæos in orbem terrarum uniuersum ita, ut certam habituri sint sedem nuspiam & nunquàm? quid tandem aduersius, quàm populum in urbe residem abacto, uenditoque in seruitutem æternam uidere miseriorem?

Cur autem Ierosolymæ tam populosæ, ut essent in ea plus quàm tricies hominum centena milia: tamque munitæ, ut Cæsar ipsemet diceret, Ierosolymam minimè capi potuisse, ni Deus uoluisset: fatalis exitus & factus & scriptus est? ut omnes superbæ ciuitates Euangeliique persecutrices, speculum haberent, in quo cernerent, qualem exitum sint habituræ: propter Euangelij contemtum. Certo namque eos qui concionatores Euangelij ferre non possunt: milites tandem ferre cogi: testibus duobus confirmo. Primum inquit Amos septimo: quia dicis ad me, Amasia non concionare sed abi: uxor tua stuprabitur in urbe, filij tui filiæque tuæ cadent gladio: tuus ager funiculo diuidetur: in terra morieris immunda: cunctusque Israel finibus suis exigetur. Dein Christus ait, Luc. 23. Filiæ Solymæ non deflete me, sed uosmetipsas, & filias uestras: nam tempus ueniet quo dicetis, O beatas steriles, & clamabitis, O montes cadite super nos, & colles operite nos.

II. SECVNDVS LOCVS Euangelion crucis omnibus gentibus promittit: Chriſtum Apoſtolos in mundum uniuerſum miſſurum prædicit, quomodo & qualiter Apoſtoli & credentes ex gentibus, ab incredulis & refractarijs Iudæis ſe diſiuncturi ſint: quid ſit Dominum & omnes ſanctos cum ipſo uenire.

ויצא יהוה ונלחם בגוים החם ביום הלחמו ביום קרב

Duo uult nos docere. Primo: Chriſtum regem ex mortuis rediuiuum contra gentes bellaturum non manibus & armis, ſed uerbo Dei ſpirituq́; ut Paulus etiam pugnauit, dicens, Arma noſtræ miliciæ non ſunt carnalia, 2. Cor. 10. Dein Chriſti militibus Apoſtolis & Euangeliſtis, perpetuum bellum cum hæreticis & tyrannis gerundum eſſe: non armis corporalibus, ſed ſpiritualibus: qualia Paulus Eph. 6. deſcribit.

ויצא יהוה Egredi Dominum, eſt: Chriſtum reſurgentem ad Apoſtolos dicere, Ite in mundum uniuerſum & prædicate. ונלחם גוים Bellare contra gentes, eſt: Chriſti ſpiritum per Apoſtolos arguere mundum de peccato, de iuſticia, de iudicio. Verbo נלחם ſubindicans: Apoſtolos habituros aduerſarios (ut hæreticos & tyrannos) qui uerbo reſiſtant: quod Chriſtus illis prædixit, inquiens, mitto uos ſicuti oues in medium luporum. Nec non uerbis his ביום הלחמו ביום 'קרב ſubindicans: Chriſti regnum & bellum, haud carnale, ſed ſpirituale futurum: nempe, quale deſcribitur Ephe. 6.

ועמדו רגליו ביום ההוא על הר הזיתים אשר על פני ירושלם מקדם
ונבקע הר הזיתים מחציו מזרחה וימה גיא גדולה מאד ומש חצי ההר
צפונה וחצי נגבה :

Vaticinatur Chriſtum non ſolum in monte oliueti ſtaturum: Apoſtolosq́; inde miſſurum in orbem terrarum uniuerſum: ſed etiam Apoſtolos & diſcipulos in orbem egreſſos prædicatum Chriſtum, ex Iudæis & gentibus multos habituros perſecutores.

הר הזיתים Mons eſt ille uerſus orientem mille paſſus à Ieroſolyma diſtans.

עמדו רגליו Chriſti paſſuri pedes in hoc monte ſteterunt, dum à cæna eſſet egreſſus, Matth: 26. item aſcenſuri in cœlum, quando dixit angelus ad Apoſtolos in monte Oliueti, Act. 1. Quid ſtatis uiri Galilæi? IESVS qui ſuſceptus eſt à uobis in cœlum, ut uidiſtis eum redibit. Ieſa. 52. à miſsione dicuntur etiam Apoſtoli pedes Chriſti, ad quos dixit: Ite, quàm ſpecioſi pedes Euangeliſtarum.

ונבקע הר הזיתים מחציו Per oliueti diuiſionem in quatuor mundi plagas ſignificat, קצ τὴν μετωνυμίαν Apoſtolorum & diſcipulorum Chriſti per montes Pſa. 72. ſignificatorum, diuiſionem in omnem terram, iuxta Pſ. 19. Per duplicem montis diuiſionem obſcurare uolunt Prophetiam: ſed quia Chriſtus Matth. 8. per Orientem & Occidentem quatuor mundi plagas indicat: elucet hæc uerba Zachariæ, quibus mentio fit ſeptentrionis & meridiei, priorum interpretationem eſſe, quibus mentio fit orientis & occidentis.

גיא גדולה Per uallem interſticiumq́; ſignificat: Iudaiſmum & gentilitatem, hoc eſt, omnes Antichriſtos ex Iudæis & gentibus Euangelio Chriſti reſtituros uehementer.

ונסתם גיא הרי כי יגיע גיא הרים אל אצל ונסתם כאשר נסתם מפני
הרעש בימי עזיה מלך יהודה

Comparatione docet: quemadmodum fugerunt in terræmotu: de quo Amos primo. Sic in ſpirituali terræmotu diuiſioneq́ olíueti fugituros Apoſtolos & diſcipulos à Iudaiſmo ad Chriſtianiſmum, iuxta mandatum Eſa. 52. Recedite, recedite. Prædicit igitur Apoſtrophe: Apoſtolos & diſcipulos Chriſti fugituros cuncta idola: ſicut 2. Cor. 6. etiam præcipitur, Fugite idola, exite ab eis, ſeiungite uos, non attingite immundum. Nimirum in fugam Spiritus reſpiciens, de qua Chriſtus Matth: 24. quaſi rationem etiam Prophetiæ reddens indicat: adeo non defuturos ubiq́ gentium Euangelij perſecutores, ut Paulus dicat, Oportere per multas tribulationes ingredi regnum cœlorum.

ובא יהוה אלהי כל קדושים עמך

Vult prædicere: Chriſtum uenturum, id eſt, recturum multò aliter Euangelio Chriſtianos: quàm Moſes uenit, id eſt, rexit lege Iudæos. Quod diſcrimen legis & Euangelij, ſeu aduentus Moſi & Chriſti, Pſ. 68. Decantat. יהוה Chriſtus eſt, in quo Deitatis plenitudo corporaliter inhabitat. בא non modo corporaliter ad Iudæos uenire, legalemq́ cultum abolere: ſed etiam ſpiritualiter ad omnes gentes, perq́ Euangelion cultum idolorum abolere: nam uerbum בא fert in dorſo liberationem à legis maledicto, & donationem omnium bonorum in Chriſto promiſſorum. קדושים omnes Apoſtoli & Chriſtiani. עמו tales ſolos ad regnum eius ſpectare ſaluandos in aduentu ſecundo ad iudicium.

III. LOCVS TERTIVS Prophetiam habet de cruce Chriſtianorum externa, & pace interna: de Spiritu Chriſti in omnibus Chriſtianis ſemper manſuro: de regno Chriſti ſuper omnia: De incremento Eccleſiæ Chriſti.

והיה ביום ההוא לא יהיה אור יקרות וקפאון ׃ והיה יום אחד הוא יודע
ליהוה לא יום ולא לילה והיה לעת ערב יהיה אור ׃

Deſcribit crucem Chriſtianorum externam, & pacem internam, Docetq́: prorſus inuiſibile Chriſti regnum, & fidem in extremo die deſituram, & ſalutem æternam, reuelatum, impletum, conſpectum iri. יום ההוא Nouum teſtamentum. לא יהיה אור Chriſtianos, inſtar Chriſti nouiſſimi uirorum inexiſtimatos futuros, quaſi τὰ καθάρματα κόσμου. וקרות וקפאון Chriſtianos intus calentes Spiritu ſancto pacemq́ habentes cum Deo: foris aduerſitates & afflictiones multas perſenſuros. יום אחד הוא יודע ליהוה diem Chriſti, quem uidit Abraham ſpiritualem eſſe, id eſt, regni tempus Chriſti Spiritu peragi inuiſibili, id eſt, fide in Chriſtum inuiſibili oculis humanis. לא יום ולא לילה Chriſti ſpiritum inuiſibiliter agere: ut Io. 3. de regno ſpiritus. והיה לעת ערב יהיה אור fidei regnum in mundi fine, quæ ueſpera dicitur ceſſaturum, & ueram lucem, id eſt, uitam æternam datum iri.

והיה ביום ההוא יצאו מים חיים מירושלם חצים אלהים הקדמוני וחצים
אלהים האחרון בקיץ ובחרף יהיה ׃

Vult docere, Spiritum ſanctum Ieroſolymæ celitus miſſum, per Euangelion

lion fluxurum uersus orientem & occidentem, Deum iratum reconciliaturum, conscientias perturbatas solaturum: patientes saluaturum.

מירושלם spiritualis Ierosolyma, ut cap. 2. מים חיים Spiritus sanctus Ioan: 4. per Euangelion datus: Alludit ad situm Ierosolymæ habentis mare paruum ad orientem & mare magnum ad occidentem. בקיץ ובחרת spiritum Dei, in nomine Christi iram Dei placaturum, patientesq; saluaturum usq; in diem extremum: alludens nimirum ad cæteras aquas hyeme congelatas, nec æstate sic fluentes omnes, ut aluei nulli siccentur.

והיה יהוה למלך על כל הארץ ביום ההוא יהיה יהוה אחד ושמו אחד

Docet: ex oriente Christi Euangelio fluentibusq; aquis uiuis, per Apostolorum prędicationem, in orbem uniuersum, ab omnibus credentibus unum Deum in Christo cultum & prædicatum iri, nec amplius Iudæos suos Baalim culturos, gentes suum Iouem, Babylonios suum Belum, adoraturos: sed omnes Iudæos cum omnibus gentibus Euangelio credentib. per fidem in unum Christum, unam Ecclesiam catholicam futuros. Horsum illud Eph. 4. Vnus Deus, una fides, unum baptisma, unus pater omnium nostrum.

יהוה מלך על כל Christus super omnia regnans: Ps. 2. 8. Esa. 4. 49. Eris mea salus usq; ad terræ fines.

ביום ההוא יהוה אחד In nouo testamento per Euangelion abolebitur omnis idolatria mundi: solusq; Christus prædicabitur unus saluator: ut prædictum, Ies: 3. exaltabitur solus Dominus & idola penitus conterentur, Act: 4. Non est aliud nomen datum hominibus in quo salus.

יסוב כל הארץ כערבה מגבע לרמון נגב ירושלם וראמה וישבה תחתיה
למשער בנימן עד מקום שער הראשון עד שער הפנים ומגדל חננאל
עד יקבי המלך ; וישבו בה וחרם לא יהיה עוד וישבה ירושלם לבטח

Docet: quicquid olim extra Ierosolymam fuit in toto mundo, id in Ierosolymam â Mesia struendam, Zach: 2. includendum esse ita: ut nullus extra Ierosolymam cœlestem electus numeretur: nec ullus pius deuoueatur, sed omnes & iusticiam & salutem per fidem in Christum habeant æternam.

יסוב tempore noui testamenti, nullas sectas aut distinctiones futuras in religione, sed omnia unica & simplicia in Christo: non secus ac si plana esset uia â Gibea (sita â Ierosolyma uersus aquilonem in tribu BenIamin) uersus Rimon (quæ sita uersus meridiem in tribu Simeonis) uia .s. nimis inæqualis & montosa: quod & Esa. 40. uaticinatur inquiens: omnes ualles humiliabuntur, quod curuum rectificabitur, praua erunt plana. Omnia similia erunt in Christo, rectaq; intrabitur Ierosolymam, siue per Gibeam siue Rimonem eatur.

וְרָאֲמָה & alta erit: est hic Aleph ainpoal: sed est mobile: ait Elias. Exaltari & manere loco Ierosolymam: Ecclesiam Christi, non solum in celso monte, qui Christus est, sitam, & undiq; conspicuam accessamq; esse: uerum etiam diuinitus extructam esse, tamq; habitabilem & plenam incolis esse, quàm Zac. 2. struitur & inhabitatur.

Ideo dicit: â porta BenIamin usq; ad torcularia regis (de quibus Esras & Nehemias) nominatq; portas duntaxat præcipuas, hoc est, sitas ad quatuor mundi plagas: ut significetur ex Ierosolyma Euangelion in quatuor mundi

plagas iri prædicatum: exq; quatuor mundi plagis iri uersus Ierosolymam spiritualem à gentibus omnibus.

וישבו בה וחרם לא Credentium in Ecclesia Christi grex innumerabilis erit: nemo pænitentium ob peccatum erit deuotus: sed in Christo peccatores resipiscentes omnes per fidem erunt iusti sanctiq; ac secure uiuent, utpote pacem habentes cum Deo per Christum, Ro. 5.

IIII. LOCVS QVARTVS comminatur persecutoribus: & quomodo ac quando sint interituri depingit.

וזאת תהיה המגפה אשר יגף יהוה את כל העמים אשר צבאו על ירושלם המק בשרו והוא עמד על רגליו ועיניו תמקנה בחריהן ולשנו תמק בפיהם

Vaticinatur comminando: persecutores mirabiliter interituros: nimirum cum Deus illos deserit, sibiq; relinquit ita: ut contabescant in semetipsis, & omnem potentiam fortunamq; amittant, etiam dum adhuc florent maximè, & sapientibus abundant: instar Ierosolymæ, quæ dum esset florentissima corruit: nedum mundi regna tum occidentia cum summè florent.

מגפה iudicium Dei contra persecutores. עמים omnes Euangelij persecutores. בשרו humanum præsidium ac potentia: Ier: 9. Maledictus fidens carni. עמד Insistere pedibus: florere. ועיניו Sapientes populi gubernatores. ולשנו Doctores & consiliarij. המק propter absentiam auxilij diuini interire: iuxta Ps. 104. auferente te spiritum contabescent: seu potentiam & fortunam omnem euanescere.

והיה ביום ההוא תהיה מהומת יהוה רבה בהם והחזיקו איש יד רעהו ועלתה ידו על רעהו ׃

Vult docere: ubi Dominus eneruarit (ceu dictum est) potentiam eorum ac sapientiam infatuauerit: etiam discordes reddentur ita, ut semetipsos inuadant attingantq;, ut eo citius intereant.

וגם יהודה תלחם בירושלם

Indicat: sectas etiam inter Christianos futuras: semetipsas mordentes & inuicem consumentes, 1. Cor: 11. oportet sectas esse.

ואסף חיל כל הגוים סביב זהב וכסף ובגדים לרב מאד וכן תהיה מגפת הסוס הפרד הגמל והחמור וכל הבהמה אשר יהיה במחנות ההמה כמגפה הזאת ׃

Docet: primò diuicias propter quas Euangelio restiterunt: ab illis quos metuerunt ablaturos, si fauerent Euangelio: ablatum iri. Sicut Iudæi metuebant Cæsarem, dicentes Ioan. 11. Si dimittimus hunc, uenient Romani & tollent gentem nostram, postea spoliati à Cæss. bonis omnibus, Luc. 19. Deinde sic etiam peribunt deficientq; spoliati: ut omnis gentium potentia cui fidebant, & qua pugnabant aduersus Christianos funditus intereat.

והיה כל הנותר מכל הגוים הבאים על ירושלם ועלו מדי שנה בשנה להשתחות למלך יהוה צבאות ולחג את חג הסכות ׃

Docere uult: Christianos in hac uita perbreui, per fidem in Christum læta semper conscientia, ex hac lachrymarum ualle in patriam suam tendere cogitare:

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0162-0

gitare : ſicut inquit ille, non habemus locum hic permanentem : Exq́ tabernaculis Iudæi domum cogitarant feſtinarantq́.

הנותר Credentes in Chriſtum. על ירושלם contra Eccleſiam שנה בשנה dies ſingulos, quia Eſa. 66. ſabbatum ex ſabbato : & Pſ. 118. Hæc eſt dies.

להשתחות למלך eo loci ſe conferre ubi predicatur Euangelion, ubi ſacramentis, uti inuocare Deum in nomine Chriſti licet.

חג הסכת inſtar Iudæorum octiduum lætantium in tabernaculis, interim cogitantes redire domum. Chriſtianos in fide IESV uiuere læta conſcientia ſemperq́ cogitare, in ciuitatem illam cœleſtem ex hac lachrymarum ualle: ſicut Paulus aiebat, Phil. 3. Conuerſatio noſtra in cœlis, unde præſtolamur Dominum Ieſum.

והיה אשר לא יעלו מאת משפחות הארץ אל ירושלם להשתחות למלך
יהוה צבאות ולא עליהם יהיה הגשם ׃

Docere uult : cunctis à gentibus Euangelion ablatum iri cum æterna ſalute: quæ uerbi miniſterium negligunt & perſequuntur ſub nomine Dei.

יהיה הגשם Verbum Dei propter ingratitudinem auferre, ut pereant ob incredulitatem: ſecundum illud, Prophetia ſublata populus interit.

אשר לא יעלו מאת משפחות Omnes increduli inter gentes, qui ſemetipſos ob incredulitatem à benedictione, Gen. 12. In ſemine tuo benedicentur omnes, excludunt.

ואם משפחת מצרים לא תעלה ולא באה ולא עליהם תהיה

Ideo dicit : haud pluiturum ſuper Aegyptum : quia nec eget pluuia, nec habet pluuiam : ergo quæ de pluuia dicuntur hic, ſpiritualiter intelligenda ſunt de uerbi miniſterio. תהיה .ſ. הגשם

המגפה אשר יגף יהוה את הגוים אשר לא יעלו לחג את חג הסכות ׃
זאת תהיה חטאת מצרים וחטאת כל הגוים אשר לא יעלו לחג את חג
הסכות ׃

Subindicat : non in aliud toties ſe repetere peccatum magnum eſſe non aſcendere ad diem feſtum tabernaculorum : niſi ut doceat. Sicut nullum maius eſt donum uerbo Dei uiuo : ita nullum eſſe maius peccatum, quàm uerbi contemtum : plaga contemti uerbi depingitur, Eſa. 9.

V. LOCVS ultimus poteſtatem ſecularem uocat ad Eccleſiam : & omnes Chriſtianos ſacerdotes ordinat.

ביום ההוא יהיה על מצלות הסוס קדש ליהוה ׃

Vult docere : Laicos & poteſtatem ſecularem habentes uerbum & Spiritum ſanctum Chriſtianos & ſanctos futuros: perq́ fidem in Chriſtum facturos bona conſcientia ſuum officium, Rom. 13. & 1. Pet. 2. ſcriptum. Exempla : Centurio Matth: 8. Cornelius Act. 10. Paulus Sergius Act: 14. מצלות ſignificant eos : qui non ſunt in uerbi miniſterio : ut poteſtas ſæcularis & laici. קדש ליהוה Per Verbum & Spiritum Chriſti ſanctificari & Chriſtianum eſſe.

והיה הסירות בבית יהוה כמזרקים לפני המזבח ׃

Alludens ad ueteris teſtamenti Leuiticum ſacerdotium: in quo duntaxat

ea

ea uasa erant sancta, quæ ad usum erant templi ordinata. Vult docere, in nouo testamento Christianos omnes, id est, baptisatos spiritu & aqua, ad sacerdotium aptos & ordinatos esse ita: ut nullum sit discrimen inter Christianos: iuxta illud Gal:3. omnes qui baptisati estis in Christum, induistis Christum, non est distinctio.

בית יהוה Ecclesia. הסירות homines. מזרקים quibus sanguis excipiebatur, & effundebatur, significat: Christianos in crucifixum credentes, & eundem confitentes (siquidem excipere sanguinem est credere: & effundere sanguinem, est prædicare Christum 1.Pe.1.

כמזרקים לפני המזבח Lebetes similes esse Phialis altaris, significat, in nouo testamento Christianum baptisatum, nec ordinatum sacerdotem, ualere tantum coram Deo, quantum sacerdos ordinatus in ueteri: nimirum innuens omnes Christianos sacerdotes, 1.Pet.2.

והיה כל סיר בירושלם וביהודה קדש ליהוה צבאות ובאו כל הזבחים ולקחו מהם ובשלו בהם:

Docet totum ministerium Leuiticum, ueteris testamenti: figuram esse ministerij Euangelici in nouo testamento.

קדש ליהוה Consecrari: per Baptismum ungi Spiritu sancto ad dignitatem sacerdocij Christiani. הזבחים Christum prædicare Ro.15. לקחו מהם ובשלו בהם quemuis sumere, uocare, eligere, Christianum ad predicationem Euangelij & sacramentorum administrationem, ut credentes fiant sacrificia diuina, Ps. 51. Ro.12.

ולא יהיה כנעני עוד בבית יהוה:

Alludens ad Historiam Iosuæ & Iudicum: in qua scriptum: Cananæos in terra relictos ad exercendum Israelem: nec omnes Israelitas fuisse, qui degerunt in terra Canaan. Vult docere: in nouo testamento in Ecclesia Christi futurum contrarium ueteris testamenti Ecclesiæ: nempe, cunctos futuros Christianos unius spiritus & fidei: nec ullum hæreticum in Ecclesia Dei uera futurum: testis Paulus Eph. 4. Vnus Deus, unus Pater, unum baptisma, una fides omnium nostrum. Esa. Omnes erunt docti à Deo: cui sit gloria in omnem æternitatem.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0164-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0165-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0166-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0167-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0168-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0169-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0170-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0171-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0172-6

KK 238
(X 219.0290)
Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0173-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0174-7

זְכַרְיָה הַנָּבִיא

ZACHARIAS PROPHETA.

CUM TRANSLATIONIBUS FONTIS EBRAICI:
CHALDAICA, GRÆCA, LATINA, GERMANA:
AC EXPLICATIONE PROPHETIÆ:
ET INDICE REGNI CHRISTI.

DOCTOR IOHANNES DRACONITES.

Sach. 9.

Exulta vehementer filia Sion: iubila filia Ierusalem: Ecce
REX TUUS VENIT TIBI IUSTUS
ET SALVATOR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-109767-p0175-3